



A. F.
11

INDEX AUCTORVM

- 1 Clauserius disppos. XIII. de fide in S. C. in cuius priori definitio epistolarum eius
exponit. Adest proxi in di. catonum nar XII dispp.
2. dispp. II. de nexu et momenti doctrinae de fide in S. C.
3. dispp. III. de amissa, forma et subiecto fidei
4. dispp. IV. de relatione fidei ad regenerationem, iustificacionem & rel.
5. dispp. V. species fidei prodestin in partibus.
6. dispp. VI. de fide in S. C. in V. T. et eius experientia
7. dispp. VII. fidei in V. & N. T. convenientia et differentia
8. dispp. VIII. de gradibus quibusdam fidei
9. dispp. IX. de fide temporaria & finali
10. dispp. X. de fide reflexa
11. dispp. XI. de fide non reflexa
12. dispp. XII. de iustitia, subiecto et obiecto fidei
13. dispp. XIII. de actibus et effectibus fidei, promissa Agostiniana de doctrina fidei.
14. Eiusdem de autographorum biblicorum iactura in Christianis innoxia, et vtili.
15. Bonus de validitate non certa in tota scriptura
16. Knapp de dono prophetiae in eccl. N. T.
17. Eiusdem disppos. de dono proph. secunda
18. Eiusdem de comparat. Palmy eccl. apostol. palam moderna sobria instituta
19. H. Wetstein de lacrimis Christi
20. Michaelis Ant. Bea. verissima quaedam propria V. & N. T.
21. Mulla de nova hieroglyphica ad Apoc. XXI. XXII.
22. Hofmann allegatae Act. cap. I. ep. ad Cor. controuersa.
23. Quintus de Herodiano
24. Quintus de Iho saluti restauratore ad Es. XLV. 22-24.
25. Drogos passab. ad Rom. VIII. 20.
26. Truman top. y Pauline in doct. de fide specimen.
27. Leon de occupato ne iniquam non poena
28. Wessell de S. C. in S. C. art. scriptura ad Luc. I. 69.
29. Stuler pr. de consilio bapt. de temporaria mensura ab emend. stud. acad. palenda
30. Felici Top. y S. C. specimen I.

24. Es. XLV. 22-24

28. Luc. I. 69.

25. Rom. VIII. 20.

21. Apoc. XXI. XXII.



24 22

DISSERTATIO PHILOLOGICO-CRITICA
IN
ALLEGATA QVAEDAM
CAPITIS PRIMI
EPISTOLÆ AD EBRÆOS
INTVITV
PARTIM ALLEGATIONIS
PARTIM APPLICATIONIS
MAXIME CONTROVERSA

Q V A M
DEO CLEMENTER ANNVENTE
P R Æ S I D E
IMMANVEL HOFFMANN,
LINGVÆ GRÆCÆ PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
ET DVCALIS SEMINARII THEOLOGICI EPHORO,
PRO CONSEQVENDO GRADV MAGISTERII
DIEBVS OCTOBRIS A. MDCCLXV.

HORIS LOCOQVE CONSVETIS

PVBLICE DEFENDENT

VALENTINVS DAVIDES SCHOLL, *Bibersfeldensis,*
IOANNES CHRISTOPHORVS SCHMIDLIN, *Bablingensis,*
IOANNES FRIDERICVS GLOECKLER, *Kircho-Teccensis,*
GVILIELMVS FRIDERICVS LOTTER, *Herrenbergensis,*
MAGISTERII PHILOSOPHICI CANDIDATI ET SERENISSIMI
DOMINI DVCCIS STIPENDIARII.

TVBINGÆ, typis LVDOV. FRIEDR. FVESII.

55

DISSERTATIO PHILOLOGICO-CRITICA

IN

ALLEGATA QVAEDAM

CAPITULI PRIMI

EPISTOLAE AD EBRÆOS

IN

PARTIM ALLEGATIONIS

PARTIM APPLICATIONIS

MAXIME CONTRARIIS

DEO CLEMENSIS

IMMANUEL HOFFMANN

LINEAE AERAE

ET QUAE

PRO COMPOSITO GRADU MAGISTERII

DIERUM OCTOBRI A. MDCCCXXV

HOMINIBUS

DAVIDES

CHRISTOPHUS

FRIEDRICHUS


FRIEDRICHUS

FRIEDRICHUS

FRIEDRICHUS

FRANKFURT





Q. D. B. V.

§. I.

Primo V. T. oraculo, quod EPISTOLÆ ad HEBRÆOS Cap. I, v. 5. nec non Cap. V, 5. & Act. XIII, 33. adeoque ter in N. T. ac triplici quidem scopo, ex Psalmo II, 7. citatum reperimus, hætenus transmissio, (utpote aliâ forsan occasione observationibus nostris philologico-criticis illustrando vindicandoque) primas in hæc nostrâ disquisitione curas impendimus alteri isti ALLEGATO, quod ejusdem Capituli primi versu quinto posterius hemistichion facit, ac depromptum est ex 2 Sam. VII, 14. ita quidem, ut Textum Ebræum

אני אהיה - לו לאב יהוה יהיה - לי לבן

exactè referat græcus, isque idem prorsus apud Interpretes Alexandrinos & Paulum:

ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν

§. II.

Conferentes I.) utrumque Textum, deprehendimus, nullâ heic conciliatione opus esse, cum ne minima quidem unius ab altero discrepantia observetur. Ne tamen verba Textûs planè intacta dimittamus, has illis observatiunculas philologicas adspergimus: 1.) Præfixum ἢ in ebræo, & præpositionem εἰς in græco, substantivis suis juncta, præter rem GROTIUS tantundem heic valere, ac vice Patris, vice Filii, & CLERICO idem, quod instar Patris, instar Filii, quasi id tantummodo sibi vellet oraculum: utar eo, quomodo Patres filio utuntur, & eum protegam, quomodo Patres filios solent. Non semper hæc loquendi ratio saltem similitudinem quandam denotat, sed sæpiissime rei veritatem, ut Gen. II, 24. coll. Matth. XIX, 5. 6. Gen. XVII, 4. coll. Rom. IV, 17. sq. add. GEN.

A

XX,

XX, 12. Lev. XXVI, 12. Ezech. XXXVII, 23. 27. coll. 2 Cor. VI, 16. 2.) E *futuris* אָוֹרָה & אָוֹרָה וְשׂוֹמֵר & וְשׂוֹמֵר perperam SCHLICHTINGIUS, homo Socinianus, arguit: Deum ergò tum, quum hæc diceret, nondum fuisse Christi Patrem, multo minus ab æternitate, sed hunc certo demum tempore *Dei Filium* factum esse, quia non dicat: Ego *sum*, sed: *Ero* illi in Patrem. Nulla est hæc consequentia; sæpe enim in Scripturâ res *fieri* dicuntur, quando *manifestantur*, quemadmodum &, vulgari usu loquendi, stellæ tum demum dicuntur *oriri*, cum nobis *incipiunt adparere*. Sensus ergò hic est: *Ostendam* quovis modo, me *esse* ipsius Patrem, ipsumque Filium meum, uti & Ipse quovis modo *ostendet*, se *esse* Filium meum, meque ipsius Patrem. *Fundamentum* mutue relationis, tam illustri modo manifestandæ, continet dictum præcedens, &, per modum προτεροντίας, cavet, ne dilutius interpretemur posterius Allegatum.

§. III.

Hisce breviter præmissis II.) plus jam negotii facessent vindicæ *applicacionis* hujus oraculi ad rem præsentem, de quâ apostolo sermo est. 1.) Particula γὰρ initio versûs innuit, probare nunc velle apostolum, quæ x. 4. dixerat, scilicet Christum tanto meliorem factum esse Angelis, quanto præstantius nomen præ illis hæreditaverit. Cum autem bimembris sit hæc propositio, per *chiasmum* posterius illius membrum probat x. 5-12. prius verò x. 13. 14. ita ut partis utriusque tractationem ordiatur *interrogatio*. Vi hujus analyseos igitur dicto nostro probare intendit, quod Christum præ angelis nomen præstantius hæreditaverit, scil. nomen *Filii*, quod ei competat, quia Filius sit, adedque ut veri nominis *hereditas*; si autem dictum 2 Sam. VII. nullo modo ad Christum pertineat, revera nil probavit Apostolus.

§. IV.

Itaque 2.) jam inquirendum nobis est in *subjectum* illius. Sunt A) qui *sensum* hujus promissionis *litteralem* uni *Salomoni* vendicant, ita quidem ut a) aliqui eorum Christum planè exclusum eant, ne typicè quidem Eum indigitari putantes. Pertinent huc 2) præter Judæos quosdam recentiores (nam veteres de Messia hæc *cogitasse* constat) prisce illi hæretici, MARCION, EBION, ARIUS, qui Θεογενεσίαν hujus Epistolæ inter alia etiam ex eo in dubium voca-

vocarent, quod *impertinenter* & *præter scopum* scripturam alleget, quia de Salomone, non de Messia, locus hic agat, ut verba doceant immediatè sequentia; Pertinent huc β) JO. CLERICVS & RICH. SIMONIVS, quorum *ille* in Notis ad Hammondum hæc annotat: "cum hæc verba Christo æque ac Salomoni convenient, sequentia tamen in solum Salomonem quadrant; hoc exemplo liquet, hoc ratiocinationis genus apud eos demum, qui id accipiunt et Judæi, vim aliquam obtinere; alioqui locus diceretur ad Salomonem solum, propter verba sequentia, pertinere." *Hic* autem in *Hist. Crit. N. T.* p. 260. ait, "Paulum hic de Salomone dicta ad Messiam applicare, nec Judæos negare posse sensum hunc mysticum & spiritualement, & in Theologia veterum suorum Doctorum fatis fundatum; omnia enim contra auctores N. T. objecta in eisdem recidere, cum Evangelistæ & Apostoli illos imitati sint, &c." Pertinet huc γ) G. L. OEDERVS, qui in syntagm. observ. SS. p. 133. s. hunc commatis 5. sensum facit: "Cui Angelorum unquam dixit Deus, quod de Christi æternâ generatione Ps. 2. exstat? *Imo*, quem Angelorum dignatus est Deus tam honorifico alloquio, quale illud est, quod *vel de Salomone, mero homine*, legitur: Ego illi Pater ero, ipse mihi filius? Hoc modo gravissime retunditur eorum, qui Angelos Christo opponunt, insania, docendo, homini quoque nudo, sed ob Christum in gratiam recepto, tribui, quod Angelis, quibuscum Gratiaæ fœdus non est initum, & quibus Christi meritum (quo quidem nec opus habent) non imputatur, *nuspian* legitur attributum" vid. WOLFIUS in Cur. ad h. l. Alii b) promissionem hanc quoad sensum *literalem* quidem pariter nonnisi ad *Salomonem* spectare contendunt, sed tamen insimul sensu *typico* seu mystico Christum respicere agnoscunt, hac potissimum ratione inducti, quod prædicata illius sensu dilutiori saltem ac tenuiori in Salomonem quadrent, pleniori autem & augustiori in Christum, Spiritu S. ex industria sine dubio stilum ita moderante, ut nutum daret piis mentibus, ultra Salomonem, typum Christi, prospiciendum esse in ipsum antitypum Christum; ita CAJETANVS, ESTIVS, CORN. à LAPIDE, CALVINVS, GROTIUS, GOMARVS, & è Nostris HEDINGERVS, WOLFIUS, alique.

§. V.

His omnibus, etiam iis, qui temperamentum modò dictum adhibent, B) se opponunt illi, qui, nervo argumentationis apostolicæ aliquid decedere rati, nisi dictum citatum *literaliter* de Christo accipiatur, omnes adhibent machinas, ut sensum literalem Christo vendicent. Atque horum quidem haud pauci a) totius Pericopæ 2 Sam. VII, 12-16. *Subiectum immediatum & proximum* faciunt *Christum*, excluso Salomone, ita quidem, ut eas quoque promissiones, quæ v. 13-15. exstant, de Christo solo intelligi velint. *Auctoritates*, quibus hæc sententia nititur, dabit CALOVIVS in Bibl. Ill. ad 2 Sam. VII. p. 765. *Rationes* autem, quibus adstrui illa solet, apud eundem videri possunt l. c. p. 763. sqq. & ad Ebr. C. I. p. 1159. sqq. Exstant etiam pro istâ peculiare dissertationes, J. P. GRVNENBERGII *de semine Davidis Christo solitarie intelligendo*, (cujus argumenta in compendio exhibet FR. WOKENIVS in *Mose harmonico* p. 219. sq. ipse etiam hanc expositionem amplectens) & J. R. RVSSII *de Promissione Davidicâ soli Messie vendicandâ*; contra quos legi velimus, quæ solidè disputat Cel. J. D. MICHAELIS in *Coll. Crit.* ad Ps. 110. p. 461. sqq.

§. VI.

Alii proinde b) textui vim inferri existimantes, si singula de Christo intelligantur, ita calculos suos subducunt, ut a) *semen Davidis*, de quo v. 12. sermo est, *collectivè* accipiant, h. e. non de uno aliquo individuo, sive Salomone, sive Christo, sed *de toto semine Davidis*, quatenus & Salomonem cum posteris suis & Christum, Filium Davidis κατ' ἔξοχὴν complectitur. Hoc supposito dein β) haud absurdè è sequentibus prædicatis *aliud* ad solum Salomonem, *aliud* ad Messiam solum, *alia* verò ad utrumque, ad Salomonem scil. sensu tenuiori, ad Messiam autem sensu augustiori, referri credunt; Nec sanè hæc prorsus precario & absque ratione dicuntur; Quod enim ad α) *num* assertum spectat, s) *semen Davidis* in loco parallelo Ps. LXXXIX, 31. apertè *lariùs* sumitur, quàm de uno Salomone; quod enim 2 Sam. VII, 14. 15. de *filio* Davidis, Salomone, dicitur, id c. l. extenditur generatim ad ejus *filios*. γ) Semen Davidis h. l. vel maxime etiam Filium Davidis, ἔξοχῶς sic dictum, scil. Messiam, complecti, colligi posse videtur *) ex eo, quod illa scripturæ loca, ubi Messias *Filius Davidis* dicitur, sine

sine dubio respiciunt ad promissionem aliquam Davidi factam, de Messia ex semine ipsius orituro, talis autem in omni historia Davidis nusquam reperitur, nisi *hoc loco* 2 Sam. VII. quem & procul dubio respiciunt loca Ps. LXXXIX, 4. 5. 30. f. 132, 11. Act. II, 30. **) ex *magnificentia* hujus promissionis, quæ, ratione *perpetuitatis* Regni Davidici, nonnisi in Christo perfecte impleta fuit. ***) ex responso Davidis 2 Sam. VII, 19. 1 Par. XVIII, 17. coll. 2 Sam. XXIII, 1. ****) ex *analogia* promissionum Abrahamo factarum, quarum *minima* pars in ipsâ Abrahamæ personâ, *potior* in ejus posteris, & *potissima* in Christo demum suum nata est implementum; quemadmodum ergò hic *semen Abrahamæ* & Isaacum & reliquos ejus posteros, & præcipuè Christum (Paulo interprete Gal. III, 16.) complectitur, ita & *semen Davidis* sic accipere ipsa stili sacri analogia suadet, idque eò magis, quo certius est, promissionem *Davidi* factam nil aliud esse, quàm promissionem Abrahamæ pridem datam, licet novis jam determinationibus vestitam.

§. VII.

Quod β) ad *alterum* attinet, *partitionem* scilicet *sequentium prædicatorum inter diversa subjecta*, sed *sub uno nomine* seminis David *comprehensa*, nemini ista videbitur paradoxa, qui consideraverit α) etiam in promissione *de semine Abrahami* Gen. XXII, 17. 18. prædicata comm. 17. ad Isaacum & ejus posteros, id verò, quod comm. 18. sequitur, de benedicendis in semine Abrahami omnibus terræ gentibus, ad semen monadicum, Christum, referendum esse; Cui accedit γ) quod promissiones, femini Davidis hoc loco factæ, ita comparatæ sint, ut non unius generis esse existimari queant; Quæ enim *) versu 12. fin. usque ad v. 14. init. habentur, & in *Salomonem* & in *Christum* quadrant; De *Salomone* id certum est ex 1 Par. XXIII, 10. XXIX, 5. 6. 7. 10. de *Christo* ex Esaj. IX, 5. 6. coll. Luc. I, 32. f. Dan. II, 44. Zach. VI, 12. f. quæ **) v. 14. 15. legitur, manifestè *ad solum Salomonem* spectat, neque enim cum quibusdam ad Christum, alienis peccatis onustum, & propter illa à Deo castigatum, hæc verba pertrahere ausim; quæ denique ***) v. 16. occurrit, ea nonnisi in Christo veritatem suam habere videtur, utpote cui soli in scripturâ *regnum æternum* tribuitur.



§. VIII.

Speciosam esse hanc expositionem, quis neget? Multorum certè assensum nacta est, SEB. SCHMIDII in *Comm.* tam ad 2 Sam. VII. quàm ad Ebr. I, 5. SPENERI in *Tr. de aeternâ Deitate Christi* p. 54. D'OUTREINII in *Comm. ad hanc Epist.* p. 105. sq. MICHAELIS in *Bibl. Hall.* BENGELII in *Gnom.* & nos quoque in eâ nobis adquiescendum esse crederemus, nisi hypothefin de semine Davidis v. 12. collectivè accipiendo everti cerneremus per locum plane parallelum 1 Par. XVIII, 11. (t. o. XVII.) ubi זרעך semen tuum mox ita exponitur: אשר יהיה לבניך qui erit (unus) ex filiis tuis. conf. C. XXIII, 9. ubi etiam additur nomen Salomo, item C. XXIX, 6. Haud ignoramus, esse, qui parallelismum horum locorum negent ac pernegent, sed persuasi etiam sumus, absque idoneâ ratione ab eis id fieri, & hoc tantum fine, ut vim argumenti, ex eo contra se ducti, effugiant. Nostra igitur si vel tandem dicenda sit sententia, malumus nos Salomonem totius Pericopæ *subjectum* agnoscere, Pauli verò *adplicationem ad Christum* ita tueri, ut dicamus, *vidisse* Paulum, quod in hâc promissione Davidi promittatur regnum *aeternum non in se & suâ personâ*, nec in successore suo immediato, Salomone, imo ne quidem *in reliquis suis posteris*, licet horum ultra viginti per annos plus quingentos in regno sibi continuâ ferie succedentibus, sed *in Messia*; *vidisse* etiam simul, uti *relatio* inter Deum ut *Patrem*, & Salomonem ut *filium*, fundamentum fuerit, cur Deus regno Salomonis, in ejus posteros propagando, non tam cito finem fecerit, ut Sauli regno, ita multo magis *eandem relationem* inter Deum & Christum, in aeternâ hujus ex illo generatione fundatam, rationem continere, cur regnum Davidis in Christo, Davidis filio, non possit non aeternum esse. Quo pacto sanè argumentationi Apostoli suum constat robur; si enim τοδ̄ consequens , (aeternitas regni Davidici, sensu augustiori accepta) in Christo demum quærendum est, utique etiam τοδ̄ antecedens , (relatio ista paterna & filialis, itidem sensu augustiori accepta) ad Eum referri potest ac debet.

§. IX.

Hoc ipsum ut eò clarius patefcat, sequentem damus *Pericopæ*, ad quam Allegatum nostrum respicit, *analysin*. Occurrit in eâ
I.) Pro-

I.) Promissio: Deum semini Davidis, post ejus decessum *suscitando*, h. e. ad regiam dignitatem evehendo, (id enim significat verbum דִּקְיָה *v.* 12.) Deum, inquam, *semini Davidis*, i. e. Salomoni, uni ex ejus filiis juxta 1 Par. XVIII, 11. XXIII, 9. *confirmatum esse Regnum suum* *v.* 12. & quidem, quod *v.* 13. per *epitafin* additur, עֲתָיִף *in æternum*; uti scilicet ad descriptionem *subjecti* *v.* 12. quo Salomo sinitur ut semen Davidis, hujusque in regno successor, versu 13. epitafin facit hoc, quod idem subjectum nunc porro representatur ut ædificaturum nomini Jehovah domum, ita pariter ad prædicatum *v.* 12. *confirmabo regnum ejus*, versu 13. epitafin jam facit prædicatum: confirmabo folium regni ejus *in æternum*. II.) Indicatur *fundamentum* æternæ durationis regni Davidici *v.* 14-16. & quidem 1.) expressius *respectu Salomonis*, cui Deus hîc promittit, se ipsi fore in Patrem, ipsumque sibi in filium, & si *ipse*, vel & *posteri* ejus (nam ad hos sermo extenditur in loco parall. Ps. 89, 31. sq.) deliquerint, se quidem eum, vel eos, castigaturum esse virgâ hominum & plagis filiorum hominis, sed misericordiam tamen suam non ablaturum esse ab eo, vel eis, quemadmodum eam abstulerit à Saulo, quem removerit ante ipsum, firmam potius ac stabilem fore domum Davidis & regnum ejus in æternum coram ipso, & thronum ejus stabilem fore in æternum; Cum autem 2.) hæc ipsa æternitas regni Davidici, quæ promittitur *v.* 13. & ἐμπατριωτέρος adhuc *v.* 16. non nisi *umbvam implementi* habuerit in Salomone & posteris ejus, per V. secula folium regni Israël possidentibus, plenam verò ac perfectam impletionem nacta sit demum *in Messîâ*, Filio Davidis κατ' ἐξοχήν. Deique ergâ hunc *paterna*, hujusque erga Deum *filialis* relatio, in æternâ ex eo generatione, quam præcedens allegatum innuit, fundata, nec ullo umquam peccato, ex parte Filii, turbata, propriè *fundamentum* sit æternæ hujus durationis regni Davidici, cum, inquam, hæc omnia ita se habeant, rectè omnino Paulus verba: *Ero ipsi in Patrem, & ipse mihi in filium*, ut non de Salomone solo, sed etiam, & sensu quidem longè augustiori, *de Messîâ* dicta accepit; si autem ista in plenâ suâ ἐμπατριωτέσει Messîæ demum competant, solidè omnino hinc infert apostolus, Christum præstantius nomen præ angelis hæreditasse, quia nulli angelorum, seu de nullo

lo angelorum, in eâ quidem ἐμφάσει, dictum sit: *ero ipse in Patrem, & ipse mihi erit in filium*, dico: in eâ ἐμφάσει, quatenus scilicet mutua hæc relatio paterna & filialis fundamentum est æterni regni, itidem sensu augustiore sic dicti, nam quousque ista relatio etiam in Salomone locum habebat, fundamentum quidem erat *diuturnæ* durationis, sed non *æternæ*, qualem h. l. intelligendam esse, locus parallelus docet Ps. 89, 30. 37. 38. ubi τὸ ὄντων γινώσκω φράσις exprimitur, durationem æternitati contiguam indicantibus.

§. X.

Allegatum hactenus expensum mox excipit *aliud* in verbis comm. 6ti: ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκὴν, λέγει Καὶ προσκυνήσασα αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Quæritur hic I.) unde hoc Allegatum habeat apostolus? nec enim *de sede* illius in V. T. inter Interpretes hactenus convenit. Sunt ἱ) qui id desumptum putant ex *Deut. XXXII, 43.* ubi δὲ LXX. ante verba: εὐφρανθήτε ἔθνη μετὰ τῆ λαῖ αὐτῆ (quibus in textu ebræo respondent initialia comm. 43. à Paulo citata Rom. XV, 10.) hæc habent: εὐφρανθήτε ἔθνη ἅμα αὐτῷ, ἢ προσκυνήσασα αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Ita sentiunt, post veterum nonnullos, COLOMESIUS in observ. SS. p. 103. & GVIL. WHISTONVS in Con. restit. text. Ebr. p. 311. qui Codicem ebræum propterea corruptionis postulant, quoniam in eo his verbis hodiè nil respondeat, LXX. autem & Paulus in eo ista adhuc reperissè censendi sint; Nec alienus est in summâ rei MILLIUS in Prolegg. §. 95. sq. ubi id, quod verbis hisce in textu ebræo responderit, non quidem cum *Whistonio* demum post ætatem Pauli ex illo à Judæis, ex odio religionis Christianæ, expunctum fuisse, sed tamen, cum & chaldæus Interpres nil eis respondens habeat, jam ante Christi tempora è textu excidisse ait, facili scribæ lapsu, omnia ab וְכָל־אֲנֹכְחִי initio versùs ad וְכָל־אֲנֹכְחִי prope medium ejusdem omissentis; Atque huic ideo maximè se probavit hæc sententia, quia multum ipsi facere videbatur ad probandum, quod Paulus V. T. oracula non ex codice ebræo sed græcâ versione allegaverit.

§. XI.

In easdem partes concessit *Artemonius*, sive SAM. CRELLIUS, in *Diff. III. Initio Evang. Job. restituto subjunctâ* p. 589. sq. hoc quidem sine, ut eò facilius probaret, verba: *adorent eum omnes angeli*

angeli Dei, ad Deum Patrem pertinere, non ad Christum. Pro-
 vocat is primo, præter supra nominatos, ad ORIGENEM, EVLI-
 GENTIVM, ANSELMVM, LVD. CAPPELLVM, JAC. BASNAGE
 & IS. VOSSIVM, deinde textum ebræum è versione LXX. virali &
 Paulo ita restituit, ut initium comm. 43. faciant hæc verba olim
 in eo lecta: הרנינו שמים עמו ושתחו לו כל מלאכי אל
 quantur, quæ hodiernum leguntur: הרנינו נוים עמו (ubi tamen
 Artemonius addit particulam עו ante עמו) tandem verò, rursus ut
 lecta olim, supponatur hæc clausula: וותחוקו לו כל בני אל:
 quod etiam LXX viralis vaticana post verba: ἐυφρανθη ἕδρη
 μετὰ τὸ λαὸν αὐτῆς, habeat: καὶ ἐνιχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ
 θεῶν. Hi sunt Artemonii circa textum nostrum conatus. Planè
 autem singularis est P. ALLIX, Angli, de hoc loco sententia,
 quando in *Judicio Ecclesie Judaica contra Unitarios*, anglicè edito
 p. 56. 295. 416. & germanicè edito p. 45. 234. 334. statuit, nun-
 quam hæc verba in ipso textu ebræo Deuteronomii exstitisse, sed
 excerptum atque exscriptum fuisse hoc canticum ex libro Mosis in
 usum eorum, qui id memoriæ mandare voluerint, atque in hæc
 excerpta hujus cantici exemplaria, non verò in ipsum Deutero-
 nomium, intulisse postea pios aliquos homines quadam ex Psal-
 mis commata similia; cum verò LXX. Intt. scripturam in græcum
 sermonem converterent, secutos esse illos in hoc cantico verten-
 do, non ipsum librum genuinum Deuteronomii, sed illa inde ex-
 scripta hujus cantici exemplaria, ex Ps. XCVII. interpolata, quia
 id populus ita memoriter didicerat. Jam contra has quidem con-
 jecturas, nullo fundamento nixas, rectè disputat Artemonius c. 1.
 p. 590. sq. sed in eo cum omnibus reliquis, quorum supra mentio-
 nem fecimus, errat, quando Paulum hæc verba è versione Deu-
 teronomii LXX. virali fuisse, & hos Interpretes plus, quàm
 nos hodie, in textu ebræo reperisse contendit.

§. XII.

Agnoscamus nos, etiam Mosen de Christo scripsisse, præsertim
 in Cantico suo, unde, hoc etiam pro sede allegati nostri agnito,
 haud tamen sequeretur, verba illius, non ad Christum, sed ad
 Deum Patrem pertinere, nam Paulus Rom. XV, 10. verba mox
 sequentia adducit tamquam ad tempora Evangelii spectantia; Quod
 verò Apostolus allegatum suum versioni Deuteronomii LXX virali,
 B lique

hique Interpretes versionem suam textui ebræo, in exemplaribus suis adhuc integro & incorrupto, debeant, capropter haud admittimus, quia α) allegationi Paulinæ benè quidem congruit exemplar *Vaticanum*, quod habet: και προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεῶ, sed non æquè *Alexandrinum*, quod pro ἄγγελοι Θεῶ habet υἱοὶ Θεῶ. β) LXXviralem *interpolationis* maximè suspectam reddit η) quod verba: καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεῶ, in isto quidem nexu, in quo eadem representat versio Alexandrina, sensum vix tolerabilem fundunt; *Relativum* αὐτῷ necessariò ad idem subjectum referendum est, quod etiam respicit præcedens αὐτῷ in verbis: εὐφρανθήτε ἔρανοι ἀμα αὐτῷ. Hic autem quid aliud significare potest, nisi *populum* Israël? Nec enim, ut cum *Deo* gaudeant, cæli heic provocantur, sed ut gaudeant cum *populo Dei*, quemadmodum mox *gentes* etiam ad confortium gaudii *ejus* excitantur; si verò ad *populum Dei* spectet τὸ αὐτῷ, quis quæso sensum ferat, qui verbis tum non posset non tribui: *Adorent* *populum* *Israël omnes* *Angeli Dei*?

§. XII.

Vix oculis credimus, legentes *alicubi*, sententiam hanc, *de adorando ab Angelis populo Dei*, *partim* in se nequaquam durum sonare, atque aures saltem orientalium lædere non potuisse, ut pateat ex fabulâ in oriente natâ, à Judæis ad Arabas propagatâ, & hinc in Corano sæpius obviâ, de lapsu Angelorum *ex denegatâ primo homini adoratione* derivando, *partim* à scopo Apostoli eandem aded non alienam esse, ut potius argumentationi ejus ingens ex eâ robor accedat, quia præeminentia Christi præ angelis non potuerit evidentius probari, quàm ex eo, quod ipsi *populum Dei adorare* jubeantur. Admittamus tantisper, in formulâ allegandi, quâ Paulus v. 6. utitur, τὸν πρωτότοκον notare posse *populum* *Israëliticum*, Exod. IV, 22. hoc nomine insignitum, ὀμιμηννη dici non orbem univèrsam, sed *Judeam*, Luc. II, 1. sic adpellatam, & τὸ πάλιν ἐσαγαγεῖν accipi posse *de reditu* *Israëlitarum* exulum in *Palæstinam*, num verò & hoc admitti aut credi cum ratione potest, Deum umquam Angelos jussisse, ut *Israëlem* in *terram* suam reducem adorarent? De *Gentibus* tale quid legimus Esaj. XLIX, 23. LX, 14. ubi tamen, quod vel maximè attendi volumus, istæ hunc honorem exhibituræ esse dicuntur non *Judæis*

dæis in terram suam reverfis, sed Sioni, i. e. Ecclesiæ N. T. ex Judæis & gentibus collectæ; De *Angelis* autem nil hujusmodi reperitur in universâ S. Scripturâ, quæ potius semper Deum aut Christum adorationis illorum objectum facit, numquam verò Ecclesiam, & hanc ab iis adorandam dicere, audacia foret, ne quidem licentiæ poëticae, si ad istam te recipere velis, prætextu facile excusanda. Putamus itaque, omnino justam esse suspicionem, quod interpolata sit versio Alexandrina, quia verba: & *adorent eum omnes Angeli Dei*, sine torturâ cum præcedd. non cohærent.

§. XIV.

Auget etiam ζ) hanc suspicionem obscurissimum illud incisum, καὶ ἐνιχυσάτωσαν αὐτοὺς (sive ut codex vaticanus habet, αὐτῶ) πάντες ἄγγελοι Θεῶ (sive ut iterum in vaticano legitur: υἱοὶ Θεῶ. Quid enim hoc sibi vult, quod lectio *cod. vaticani* dicit: *corroborent se illi omnes filii Dei*? Certè, quæ *Artemonius* hic somniat (p. 594.) de *Angolorum confirmatione in bono*, ne ullo amplius modo labi possint, demùm per secundum Christi adventum perficiendâ, ejusmodi sunt, ut refutationem vix mereantur; si autem cum *Alexandrino* legas: *corroborent illum* (sc. populum Dei) *omnes angeli Dei*, iterum tam insolita est hæc loquendi ratio, atque à stilo scripturæ tam abhorrens, ut meritò de ἀυθεντία illius dubites; nec enim scriptura *Angelis*, sed *Deo*, confortationem populi sui adscribere solet, quæ etiam eo minùs *hoc loco* Angelis videtur tribui potuisse, quò magis hi paullò antè infrâ dignitatem populi Dei deprimuntur, quando adorare illum jubentur, ex hypothesi scil. hæctenus confutatâ.

§. XV.

γ) Denique & hoc jam addere liceat, non admodum laudandam esse crisin illam, quæ Codicem ebræum centies corruptionis arguit, antequam vel semel tale quid suspicetur de versione LXX virali, & conjecturæ, quod vel ante vel post ætatem Pauli hæc verba è textu ebræo aut casu exciderint, aut de industria expuncta fuerint, rectè opponi conjecturam de interpolatione versionis Alexandrinæ, cujus tot alia exempla prostant, & quam inprimis *hoc loco* factam esse, cum ratione suspicari licet ex eo, quod hæc verba nec in textibus Ebræo & Samaritano, nec apud Chaldæum & Vulgatum, aut in ullâ versione antiquâ, habent, quod eis re-

spondeat, ac parùm sanè a Scepticismo abesset, his probè perpen-
sensis dubitare adhuc velle, annon lectio versionis Alexandrina
preferenda sit lectio codicis ebraei?

§. XVI.

Cum autem, per hæctenus dicta, rationes sat graves prohi-
beant, quo minus allegatum nostrum in Canticò Mosis quæramus,
quid aliud 2.) superest, nisi ut cum maximâ Interpretum parte
(nam manipulo suprâ nominato exercitum opponere licet) deprom-
tum illud existimemus ex Psalmo XCVII, ejusque versu 7^{mo},
ubi *in Ebraeo* sic legitur:

וַיִּשְׁתַּחֲוּוּ - לוֹ כָּל - אֱלֹהִים

& *in LXX virali* ad hunc locum:

προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ

quem utrumque textum à *Paulino* nonnihil discrepare, negari
nequit.

§. XVII.

Itaque II.) jam instituenda erit horum textuum *collatio*, &
disquirendum, quâ ratione conciliari queant. 1.) Particula καὶ,
quam Paulus adhibet, nec in ebraeo habet, quod ei respondeat,
nec in LXX virali exstat. Exstat verò apud LXX. Deut. XXXII, 43.
sed hoc quidem nondum compensat difficultates istas, quæ, secun-
dum ante dicta, vetant, allegatum nostrum isto in loco quæ-
rendo. Indicio heic est copula hæc, verba, quæ citantur, è contextu
decerpta, eumque simul inspiciendum esse; Dicitur etiam posset cum
RAMBACHIO *in Expos. vern. huj. Ep.* τὸ καὶ h. l. inservire senten-
tiæ, non simpliciter copulandæ, sed augendæ ac intendendæ, ut
v. g. Matth. X, 30. Apoc. I, 7. II, 13. &c. quo pacto sensus hic foret:
adorent eum *etiam* (adeo etiam) omnes Angeli Dei; sed nos *prius*
preferimus, quia Paulus, si hoc voluisset, τὸ καὶ positurus fuisse
videtur ante *subjectum* πάντες ἄγγελοι, quod propriè epitaftin facit,
velut etiam fit cc. II. non verò ante *predicatum* προσκυνήσατωσαν
2.) Verbum προσκυνεῖν alibi etiam οἱ LXX. adhibere solent pro
ebraeo הִשְׁתַּחֲוּוּ, quod propriè significat *incurvare se*, & in S. Scri-
pturâ usurpatur *de reverentiâ subjectissimâ*, tam civili, quam *religi-
osâ*; nam mos erat populis orientis, non corpore saltem incli-
nato, sed eò quandoque prorsus in terram prostrato, venerari
majestatem seu splendorem personæ cujusdam singularis, aut Nu-
minis

minis gloriosi. De græco προσκυνεῖν vid. ER. SCHMIDIVS in *Annot.* ad N. T. p. 32. qui & à profanis Scriptoribus semper illud cum *accusativo* construi tradit, numquam cum *dativo*, uti hic & alibi in N. T. fiat; sed BENGELIVS ad Matth. II, 2. observat, etiam *Dativum* profanis in usu esse; Quidquid hujus sit, *dativus* certè optimè respondet *syntaxi* verbi ebraici קָרַחְוּהוּ, quod hoc loco, & alibi, construitur cum 7, notâ casûs dativi. Ceterum levicula est discrepantia illa, quando Paulus pro 2dâ *personâ*, προσκυνήσατε, quam LXX. habent, 3tiam posuit, προσκυνήσωσαν. Nam sensus utrinque idem est, *sive* dicas: adorete, *sive*, adorent seu adorant-eum omnes Angeli Dei.

§. XVIII.

3.) Vox πάντες, cui respondet ebræa כָּל, respicit *partim* multitudinem, *partim* diversos ordines angelorum: nullus angelorum, etiam summi ordinis adoret eum. 4.) Ebræum כָּל־מַלְאָכָיו Paulus cum LXX. exprefsit per ἀγγελοι quo *jure* autem id factum sit, nunc dispiciendum est. A) nomen Elobim in S. Scripturâ tribuitur a) *uni ac vero Deo, trino in personis*, cujus יְהוָה אֱלֹהִים nomen *proprium*, aliàs est JEHOVAH, atque hic significatus omnium est frequentissimus; *Nostro in Psalmo* Deus numquam sic adpellatur, sed semper, & *sexies* quidem יהוה, sine dubio, quoniam Elobim in eo, scil. v. 7 & 9. aliquid Deo inferius denotat. Tribuitur enim hoc nomen b) etiam *creaturis*, quæ divinam majestatem quodammodo representant, unde 1 Cor. VIII, 5. sermo est de λεγομένοις θεοῖς εἴτε ἐν ἀρανῶ εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς. Dicuntur autem Elobim vel a) *ex erroneâ opinione hominum*, quo sensu nomen hoc falsis gentium Diis tribuitur Exod. XXII, 20. & passim alibi, vel β) *verè*, ipsomet Deo aliquid majestatis suæ ipsis conferente, quò pertinent δ) *Angeli*, unde Elobim Ps. VIII, 6. angeli sunt CHALDÆO, SYRO, τοῖς LXX. & PAVLO Ebr. II, 7. *nostro in loco* Ps. XCVII. τοῖς LXX. SYRO & VVLGATO, & P. CXXXVIII, 1. iterum τοῖς LXX. nec non ARABI & VVLGATO. Videantur etiam οἱ LXX. ad Gen. XXXI, 24. Hiob. XX, 15. & SYRVS ad Gen. XXXII, 30. ε) *Magistratus*, Dei vicem in his terris gerentes, iique tam *ecclesiastici*, quam *politici*, qui Elobim vocantur Exod. IV, 16. VII, 1. XXI, 6. XXII, 8. 9. 28. coll. Act. XXIII, 5. Ps. LXXXII, 1. 6. coll. Joh. X, 34. 19.

§. XIX.

Jam qu. B) quo sensu in allegato nostro accipienda sit vox *Elohim*? a) *Deus ille unus & summus* intelligi nequit ob voculam כל *subiecto* additam, & ob prædicatum: *adorent*, quod in Eum non quadrat, cum Dei sit *adorari non adorare*. b) *Idola*, seu deastros gentilium, intelligi non posse, patet α) ex eo, quod isti aut *Dæmones* erant, aut *mortui homines*, aut *res inanime*, an autem de his dici potest, quod Christum adoraverint, cum sub N. T. idololatria aboleretur? *Targumista Chaldeus*, cum ineptè hæc *de idolis* intelligi animadverteret, *Elohim* interpretatus est: *gentes, quæ idola colitis*, sed hæc vox, absolutè posita, numquam significat *idololatras*. β) Cum Psaltes Deos falsos, tamquam nomine *Elohim* indignos, modò per paronomasiam vocaverit אֱלֹהִים (ab אֵלִים *res nihili*, conf. 1 Cor. VIII, 4.) non credibile est, eum nihilominus de illis mox usum fuisse nomine *Elohim*. γ) Postquam in præced. *futurum* בְּיָמָיו prædixit, idololatras cum idolis suis pudefactum iri, nunc *apostrophe* fit ad *Elohim*, qui *imperativo השתחוּ* excitantur, ut Deum adorent super hoc iudicio in idololatras, itaque *Elohim* non possunt esse idola seu idololatræ.

§. XX.

Restat igitur c) ut per eos intelligamus *sive* conjunctim angelos in cælo & magistratus in terrâ, *sive* separatim hos illosve. Si *primum* assumatur, tùm dicendum erit, LXX. & Paulum à textu ebræo non aliter differre, nisi quod dictum *de omni* expriment ut dictum *secundùm quid*, h. e. de *toto genere* אֱלֹהִים Elohim dictum transferant ad certam eorum speciem, eamque nobiliorem, angelos, quâ ratione nihilominus argumentatio apostoli rectè procederet, quod enim valet de toto, valet etiam de parte; Ad minimum tolerabilior foret hæc expositio, quàm si solos magistratus sub voce *elohim* intelligeremus, tùm enim ingens hiatus esset in demonstratione apostolicâ præstantiæ Christi præ angelis. Veruntamen si *æconomiam totius Psalmi* consulamus, omnino illa poscere videtur, ut vocabulum *elohim* de *angelis* tantùm accipiatur. Psaltes à *terrâ*, cujus ψ. 1-5. mentio fit, transit ad *Cælos* ψ. 6. 7. non ergò congruit, ut אֱלֹהִים *ψ. 7. in terrâ* quæramus; conf. *analysis Burkiana* in Gnom. ad Psalmos p. 959. f. Ecquid verò dicendum de ψ. 9. an & hîc per *elohim* intelligendi sũnt *angeli*? Respondemus:

demus: quidni? nam & in hujus hemistichio *priori terra* mentio fit, adeoque in *altero oi* elohim non possunt non in *Cælo* esse, si quidem altera pars Psalms, quæ v. 9. incipit, respondere debeat priori; In utrâque primò *terra* memoratur, deinde *Cælum*, ac tertio *Sion*, i. e. vera Ecclesia.

§. XXI.

Supereft 5) relativum *αὐτῶ* apud LXX. & vox *אֵלֶיךָ* apud Paulum, quorum utrique nil respondet in textu ebræo; neque enim decorum fuisset, dicere: *וְהָיָה אֵלֶיךָ* aut *וְהָיָה אֵלֶיךָ*: Rectè verò Interpretes græci addiderunt *αὐτῶ* in relatione ad nomen *Jehovah* in antecedentibus, & Paulus, qui è contextu hæc verba excerptit, optimè pro *αὐτῶ* posuit *אֵלֶיךָ*. Neque aded *illud* vel pro erroneâ glosâ librarii habendum est, uti *Doctiss. SEMLERO* videtur in *den Beyträgen n. 110. p. 93.* vel cum *GROTTIO* inde derivandum, quod interpres Alexandrinus in suo Codice non legerit *וְהָיָה אֵלֶיךָ* sed cum affixo *וְהָיָה אֵלֶיךָ*:

§. XXII.

Vindictis *allegationis* succedat jam III.) vindictæ *applicationis*, ubi I.) expendere juvabit *formulam allegandi*: *ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκωμένην, λέγει* A) Particula *δὲ* hîc non est *adversativa* eo sensû, quo abâs *positivè contraria* sibi invicem opponere solet, sed opponit tantùm *maius* ei quod *minus* est, ut sensus sit: *non modò major* est angelis Filius, *sed etiam* adoratur ab Angelis; ita scitè *BENGELIUS*, reliqui autem interpretes eam vel per *ἔ* verterunt, vel planè *intactam* dimiserunt. B) Vocula *πάλιν* valde *controverfa* est; quod *iterationem* quandam denotet omnes agnoscunt, sed *cujus rei* iteratio intelligenda sit, in eo dissentiunt interpretes; a) Qui τὸ *πάλιν* cum *εἰσαγάγῃ* connectunt, iterationem *introductionis* innui putant, qui autem b) cum *λέγει*, iterationem duntaxat τῶ *λέγειν*, ex parte Dei in Scripturâ loquentis, indigari censent, ac proinde *trajectionem* verbis inesse, eaque, ordini suo restituta, propriè hoc sonare statuunt: *Iterum verò*, cum introducit Primogenitum in orbem, *dicit* &c.

§. XXIII.

Priorem sententiam amplectentes, rursus dissentiunt in eo, quænam hîc sit *introductio prima*, quæ *secunda*? a) qui dictum citatum

tatum in cantico Moysi Deut. XXXII. quarendum esse existimant, ideoque per πρωτότοκον intelligunt *populum Israël*, ut v. g. ARTHUR ASHLEY SYKES in *Paraphrasi & notis in Ep. ad Ebr. Lond. 1755. anglicè editis p. 11.* (à cujus sententiâ prope etiam abest J. D. MICHAELIS in *Expos. vern. Ep. ad Ebr. p. 109. ff.*) iis *prima* introductio populi isaëlitici in terram Canaan est *illa* per Josuam facta, *altera* verò sub reditum è captivitate Babyl. contigit. Qui β) dictum nostrum ex *Psalmo* quidem repetunt, sed *Deum Patrem*, non Messiam, πρωτότοκον illum esse adfirmant, cujus introductionem *Psalms* canat, ut e. g. modò dictus D. N. MICHAELIS l. c. p. 110. n. 15. 16. de quâ interpretatione infra dicendi locus erit, illis *iterata* Dei in orbem introductio tum dicitur facta esse, quum, abolita idololatriâ, unius ac veri Dei, (qui partim in se spectatus *Primogenitum omnium Entium*, partim in oppositione ad Deastros gentium, seriùs ortos, *Primogenitus Deus* nobili audaciâ dici queat,) cognitio cultusque in orbe iterum vigere inciperet, unde & primum est colligere, quid per *primam* intelligant. Qui denique γ) *Christum* hic πρωτότοκον dici agnoscunt, illorum aliis *prima* introductio est revelatio mysterii incarnationis Angelis facta, *secunda* verò incarnatio ipsa; aliis *prima* est predictio incarnationis in V. T. hominibus facta, *secunda* autem ipse Christi adventus in mundum; Rursum aliis *prima* introductio facta est per incarnationem, & *secunda* post ascensionem per præconium Evangelii in toto orbe; Alii denique pro *primâ* habent primum, & pro *secundâ* secundum Christi adventum; Ita scil. mutuo se jugulare necessum habent, qui τὸ πάλιν de *iteratâ introductione* exponunt; Nos optimè istud sententiarum divortium evitari posse arbitramur, si τὸ πάλιν non quidem construamus cum λέγει, quod duriusculum videri posset, nec tamen etiam cum εἰσαγάγη, sed simpliciter id pro *formulâ citandi* habeamus, quæ, uti BENGELIUS ait in *Gn. ad h. l.* orationi liberius interferi solet, id quod *idem* exemplis probat; Certè cum πάλιν versû præc. sit nota producentis testimonium *secundum*, & hic collocetur ante *tertium*, idque etiam tot aliis in locis fiat, e. g. Rom. XV. 10. ff. cum εἰσαγάγη verò constructum difficultates ferè insuperabiles gignat, satius omninò est, illud etiam h. l. pro notâ citationis habere, licet locum consuetum non occupet; Longè profectò durius est, revelationem sive prædictionem

nem naturæ introductionis introductionem vocare, atque hoc modo, *primam* facere metaphoricam & impropriam, nec nisi moraliter talem, *secundam* verò propriam & physicè talem, ac vicissim *primam* facere propriè ac physicè talem, *secundam* verò impropriam ac moralem, in sensu Jctorum, quibus introductio est immissio in possessionem quandam, ut de reliquis interpretationibus multo adhuc durioribus nil dicamus.

§. XXIV.

c) Verbum *εἰσαγάγειν* optimè explicatur ex iis Scripturæ locis, ubi sermo est de *Missione Christi in Mundum*, cui dein respondet actualis ejus adventus in Mundo, qui C. X, 5. hujus Ep. exprimitur phrasi: *εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον* Ex voluntate Patris & mittente Patre, Christus venit in mundum, adeoque verè hoc sensu ab Eo introductus est. d) Vox *οὐρανὸν*, quæ respondet ebraicæ *לְעֵל* Pf. XCVII, 4. in N. T. communiter designat *orbem habitabilem, terram, quam incolimus*, nec audiendus est GROTIUS, quando tam hic, quam C. II, 5. *οὐρανὸν* ipsi est *Celum*, regio illa summa, quæ ab Angelis habitatur; Socinianis eum h. m. frigidam suffundere, nemo non videt. e) Nomen *πρωτότοκος* alibi etiam in N. T. Christo tribuitur, ceu videre est Rom. VIII, 29. Col. I, 15. 18. & cum ante Paulum nullus alius Scriptor N. T. hanc appellatione usus sit, (nam *Johannes*, qui Apoc. I, 5. eam usurpat, posterior Paulo scripsit) rectè illa refertur inter eas locutiones, quæ, ut Paulo familiares ac propriæ, Paulum arguunt hujus Epistolæ auctorem esse. Hoc loco, perquam verisimile est, apostolum hanc nomenclaturam hausisse ex Pf. LXXXIX, 28. loco, qui præcedenti ex 2. Sam. VII. parallelus, & sine dubio menti apostoli simul cum isto obversatus est. Habet etiam hæc appellatio rationem suam in totâ tractatione antecedente; Consideraverat Paulus Christum ut *ὄν* v. 5. & 1. insimulque ut hæredem omnium, ac eum, per quem Deus fecerit *ἅπαντας*. v. 2. Atqui hoc est *πρωτότοκος* esse, quod nil aliud dicit, quam filium esse ante omnes alios, imò antequam ulla res existeret (unde *πρωτότοκος πάνσης κτίσεως* dicitur c. 1. Col. I, 15.) genitum, & omnium hæredem.

§. XXV.

Hæc autem cum ita se habeant, cum ipse apostolus satis se explicet, *quem* & *quid* per *πρωτότοκον* intelligat, cui bono, quasi-

C

mus, foris quæritur, quod domi haberi potest? cui bono, inquam, ex turbidis gentilium lacunis operosè conquiritur, quod ullà ratione infausto illi conatui, hanc nomenclaturam à Christo ad Deum Patrem transferendi, inservire videtur? Sit ita! *πρωτόγονος* & *πρωτογενής* adpelleretur Deus *in Carminibus Orphicis*, nonne in iisdem alibi idem ille Deus summus vocatur *ἀοργενής*, *ex ovo genitus*, adeoque, quidquid priori nomini bonæ notionis subesse videri poterat, hoc nomine iterum destruitur? nonne in iis etiam *natura* dicitur *ἡ πρωτογενής*, atque ita, quod unâ manu Deo, rerum omnium causæ supremæ, tribuitur, alterâ rursus aufertur? Et, quod caput rei est, quis credat, Apostolum, de Deo Patre usurum fuisse nomine, cuius etymon ipsum notionem Deo indignas suggerere poterat? *Ufus loquendi*, inquis, quo duriores etiam locutiones miscere solent, huic quoque phrasi sensum defecatiorem tribuit; At hoc ipsum est, de quo dubitamus; A Gentilibus certè, qui ea quoque, quæ non in cerebro ipsorum nata, sed à veri Dei cultoribus per traditionem ad eos propagata sunt, misere corruperunt, tale quid exspectari haud poterat. Positò denique, non concessò, quod Paulus, absque offensionis periculo, Deum Patrem vocare potuerit *πρωτότοκον*, uti Gentiles Deum summum adpellarunt *πρωτόγονον*, num, quæso, vel speciem verisimilitudinis habet, eum hoc loco adpellatione istâ uti voluisse eo sensu, quem nullibi aliàs, neque in V. neque in N. T. sustinet, & qui, ut inter ipsas gentes rarior, ita Ebræis, quibuscum Paulo hîc res est, planè incognitus erat; nec opponi hîc potest *R. Bechai*, qui ad Exod. XIII, 13. Deum adpellat *בכר של עליו* *Primogenitum orbis*, nam ab hoc ad Pauli ætatem non valet consequentia, &, quamvis Deut. XXXII, 17. Deus se opponat *novellis* gentilium *Diis*, nondum tamen hinc sequitur, eum respectu angelorum vocari potuisse *Deum primogenitum*.

§. XXVI.

f) Quum formula allegandi desinit in verbum *λέγει*, sine expressâ mentione subjecti dicentis, in se quidem perinde foret, utrum *θεός* subaudire velles, an verò *γραφή*; uti enim in aliis Allegatis nunc *hoc* nunc *illud* subjectum exprimitur, ita in iis, ubi nec hujus nec illius mentio fit, sæpe nil refert, utrum subaudias; Hoc autem loco aliter se res habet; Quo magis iis, qui verba citata ad Deum

Deum Patrem referunt, in eo feritur ac metitur, ut ipsis subaudire liceat; γραφή, quemadmodum GROTIUS & CLERICUS faciunt, quorum posterior etiam expressè negat, *Deum Patrem* ea dixisse de *Filio*, eo quidem fine, ut dictum citatum eò facilius de Deo Patre intelligere possit: ita ex adverso nostra quàm maximè interest, ut tueamur, subaudiendum esse Θεός. Hoc enim subaudito confecta res est, quod *Deus Pater* heic non sit *Ille*, quem adorare Angeli jubentur, sed *Is*, qui *alium* ab eis adorari vult, & quis est *hic alius*, nisi *Filius Dei*? quem cum introducendum in Orbem Pater prædiceret, sermo hic *datus* est, uti factà jam introductione impletus. Num verò hypothesi saltem servimus, quando *Deum Patrem* ista dixisse asserimus? Nequaquam: Manifestè enim v. 6. eadem habetur *ellipsis*, quæ v. 5. in verbis: *τίμι γὰρ ἐντέπρωτε τῶν ἀγγέλων*. In hoc autem negare velle, quod *Deus Pater* sit *is*, qui dixit: *Filius meus es tu* &c. esset solem negare ipso meridie.

§. XXVII.

His de formulâ allegandi præmissis quæritur jam 2) an Apollolus rectè Psalmum XCVII. interpretatus sit de *Christo*, ejusque ut *Primogeniti*, i. e. Filii ante omnes geniti ac hæredis omnium, *Introductione in orbem*, & inprimis versum 7mum de *adoratione* illi debitâ, ab *Angelis* quoque, creaturarum nobilissimis? A) GROTIUS aliique, *Sociniani* maximè, integrum Psalmi m, quoad sensum *literalem*, respicere putant *fata Davidis*, scriptum quippe in memoriam ejus temporis, quo David, Absolomo mortuo, regnum recuperaverit totum, ut innuat Inscriptio Psalmi apud LXX. *τῶ Δαβιδ*, *ὅτε ἢ γῆ ἀντὶ κατὰσταται*, h. e. uti *Vulgatus* vertit: *Psalmus Davidis, quando terra ejus restituta est ei*; cui inscriptioni ut Pauli formulam allegandi accommodent, Davidem ab eo vocari inquirunt *primogenitum* ex Pl. 89, 28. terram judaicam *δικαιώσιν*, & restitutionem ejus Davidi factam *introductionem in eam*; His verò præstrationis omnia Psalmi prædicata, adeoque & illud v. 7. *adorent cum omnes Elobim*, ad Deum *Patrem*, cui David restitutionem suam in acceptis referat, pertinere asserunt. Ne autem hoc modo in *Paulum* nimis injurii esse videantur, Davidem faciunt *typum Christi*, atque *ad hunc* rectè à Paulo adplicari ajunt, quæ in V. T. de Deo dicta sint; Quia, inquit GROTIUS, pridem receptum erat apud Ebræos, Deum singulari modo in Messia habitaturum, & fore,

C ij

ut

ut Talmudici loquuntur, digito monstrabilem, ideò, quæcumque de honore Dei dicebantur, eadem adplicari solebant ad Messiam.

§. XXVIII.

Verùm rectè ad hæc alii regerunt a) *Inscriptionem* Psalmi (quam quidem omnes Codices ebræi planè ignorant, & pro quâ aliqui Codices versionis græcæ hanc habent: ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίων; vid. GEIERVS in *Comm.* ad hunc Ps.) si vel maximè genuina esset, plus haud probare, quàm quod vates divinus, occasione regni Davidi restituti, Spiritu prophetico adflatus cecinerit *de introductione Regis Messie in orbem*, ut esset **אֲדוֹן כָּל-הָאָרֶץ** quemadmodum Ps. XCVII. paullo ante allegatum nostrum dicitur v. 5. b) *Primogenitum* istum, de quo Paulus loquitur; *Davidem* esse, qui ita adpelletur Ps. LXXXIX, 28. planè alienum est à mente apostoli; Si vel maximè *David* ab hæc nomenclaturâ non excludendus sit, *Christum* tamen, ejus antitypum, simul & præcipuè quidem, respici certum est; Hunc sanè *πρωτότοκον* adpellare Paulo solenne est, quodque hoc loco præcedentia prædicata v. 1-5. adpellatio ista respiciat, supra ostendimus §. XXIV. c) *divisionem* ineptè GROTIUS literaliter de *Judæâ*, & mysticè de *regione illâ suprêmâ*, quæ ab angelis habitatur, i. e. *Cælo*, accipit. α) *Terram judaicam*, Davidi restitutam, in Psalmo non intelligi posse, phrasis **אֲדוֹן כָּל-הָאָרֶץ** v. 5. & 9. argumento est, nec non inprimis id, quod v. 1. *insule* etiam ad gaudium super Rege, quem Psalmus canit, provocatur; *Insule* scil. stilo Scripturæ designant primò quidem insulas maris mediterranei, majores septem, minores plurimas, deinde sensu latiore omnes regiones Cananæ occidentales, quæ à mari alluebantur, (unde & **אִי הַיָּם**, *insule maris* dicuntur Esai XI, 11.) in quibus *Asia inferior* tota, *Græcia*, *Italia*, *Gallia*, *Hispania*, & in universum tota *Europa*, quæ mari circumdatur, cum insulis & penisulis, quæ illi accensentur, maximis, seu brevius, omnes regiones non *maritimas* tantum, sed *transmarinas* etiam, ad quas ex *Judæâ* non nisi navibus pertingere licebat; Dicuntur quoque **אִי הַיָּם** *insule gentium*, Gen. X, 5. Zeph. II, 11. quod *Matthæo* C. XII, 21. occasionem dedit ebræum **אִי הַיָּם** Esai. XLII, 4. vertendi per *Im-* Jam cum de his clarissimè prædixerint Prophetæ, futurum esse, ut in iis præcipuè floreat Regnum Messie, idque etiam Psalmus nos- ter dilucidè innuat, qui quæso hic Davidis regnum canere cen-
feri

feri potest? nec enim super *Insulas* is regnavit, & pauculae istae gentes, quae, regnante eo, ad Deum Israëlitis conversae sunt, *orientales* erant, neque sub *insularum* nomine intelligi queunt. β) *Caelum* per *διεσπένην* sensu mystico innui, propterea admitti nequit, quia nusquam illud in Scripturâ hoc nomine insignitur, nec contrarium probat locus Ebr. II, 5. cum in hoc expressè addatur *μέδ- λυσαν*, & ne sic quidem Caelum intelligi debeat ut distinctum quid à terrâ.

§. XXIX.

Quid itaque B) superest, nisi ut pro certo assumamus, Psalmum *literaliter* canere *Christi*, Filii Dei, ante omnes creaturas geniti, & haereditis omnium, h. e. *Primogeniti*, introductionem in orbem, per adventum Ejus in mundum, Deo mittente factum, cum omnibus ejus sequelis. E multis argumentis, pro hac sententiâ adferri solitis, quae fatemur non omnia ejusdem ponderis esse, sequentia tantum L. B. expendenda damus: a) Describitur in Psalmo *Regnum*, de quo, ut *universa terra v. 1.* ita inprimis *Zion & filiae Judae (v. 8.)* habebant, cur sibi gratularentur; *Regnum* cum *Judicio* in hostes v. 2-5. & cum interitu idololatriæ v. 7. conjunctum; *Regnum*, cujus Rex est *Iehova*, v. 1, 5, 8, 9, 10, 12. isque etiam *angelis adorandus v. 7.* Haec omnia verò alibi quoque S. Scriptura *Christo* tribuit, nec nisi *temporibus Ejus & per ipsum impleta* testatur, adeoque haecenus *analogia Scripturae* non obstat, quominus *Christum* in Psalmo citato quaeramus, imo ad id proclives nos potius facere debet; Nec sanè Oedipo opus est ad conjectandum, quid causae subit, cur alii tam aegrè à se impetrent, ut *Christum* in V. T. quaerant. b) Si relativum *ל* in textu ebraeo ad Deum Patrem pertinet, revera nihil probavit apostolus, qualis enim esset haec illatio: *Christus excellentius nomen prae angelis fortitus est, quia Deus Pater adorandus est ab Angelis?* c) Inter *Judeos* quoque *RASCHI* faetur, totum Psalmum *לעיל* ad futurum tempus spectare, & expressius adhuc *DAV. KIMCHI & S. BEN MELECH*, eventura haec esse futuro tempore, *in diebus Messiae*, quin & omnes Psalmos inde à *XCIII.* usque ad *CI.* *Kimchius* ait in se continere mysterium *Messiae*. d) Ex ipsismet *Socinianis* haud pauci in argumento nostro: *Quem adorare jubentur omnes angeli, is est verus Deus*, Atqui *Christum* - Ergo. non *Minorem* negant, sed

Majorem; Hanc autem firmat axioma illud Matth. IV, 10. ex Deut. VI, 13. adductum; nam propositio *exclusiva*: Solum Deum adorabis, sponte resolvitur in has duas: *Deum adorabis*, &: *qui Deus non est, eum non adorabis*; hinc autem necessariò consequitur hoc: *quem adorare jubemur, is verus Deus sit necesse est.*

§. XXX.

Progredimur nunc ad aliud Allegatum, quod præcedenti subjungitur v. 7. καὶ πρὸς μὲν τὰς ἀγγέλους λέγει ὁ ποιῶν τὰς ἀγγέλους αὐτῆ πνεύματα, καὶ τὰς λειτουργίας αὐτῆ πρὸς φλόγα; quæ verba, nemine refragante, desumpta sunt è Ps. CIV, 4. ubi in ebræo sic legitur: וְשָׁפַע מַלְאָכָיו רִחוּתוֹ מִשְׁרָתוֹ שָׁן לִפְנֵי שָׁן. Nullis hîc neque *allegationis* neque *adplicationis* vindictiis opus est, sed curatori duntaxat investigatione genuini sensûs verborum, sic enim simul de veritate utriusque satis superque constabit. Quod I.) ad *formulam citandi* spectat, 1.) particula καὶ hîc non simpliciter copulat, sed significat: ἔτι porro, q. d. novum addo argumentum pro eminentia Christi, Filii Dei, super Angelos; conf. τὸ καὶ v. 10. huj. cap. 2.) τὸ μὲν apud osin suam habet versu seq. in adversativâ δὲ; ita enim argumentatur apostolus: *Magna quidem scriptura dicit de Angelis, sed majora tamen & augustiora de Filio.* 3.) ad phrasin: πρὸς τὰς ἀγγέλους not. A) cum in Psalmo *non directè ad* Angelos dicta sint, quæ sequuntur, sed *de* Angelis, præpositio πρὸς hoc loco, multorum iudicio, idem valet, quod περὶ, quo sensu illam adhiberi dicunt, præter hunc locum, (ubi & L V T H E R V S vertit: *von*) infra C. IV, 13. XI, 18. nec non Marc. XII, 12. Luc. XVIII, 1. XIX, 9. 42. XX, 19. Act. XXVIII, 25. Rom. X, 21. æquè ac ebræum לָּן, quod propriè *ad* significet, eundem quandoque significatum sustineat, e. g. Gen. XX, 2. ubi LXX. vertant περὶ, 2 Reg. XIX, 32. ubi reddant πρὸς: Nobis hoc non displicet, sed pressius tamen τὸ πρὸς tam *b. l.* quàm alibi, ex parte etiam in locis supra adductis, verti existimamus *quoad*, quasi dictum esset: *quod ad* angelos spectat; vid. ER. SCHMIDIVS *ad b. l.* ubi & è scriptoribus profanis exempla adfert. DAN. HEINSIVS itidem τὸ πρὸς sic accepit, ideoque ἀγγέλους per comma disjuxit à verbo λέγει. B) Vox ἀγγέλους in toto contextu notat spiritus illos finitos, qui ab officio suo angeli dicuntur, ac de his rectè intelligi dictum citatum, mox ostendit.

ostendemus. Antiquiores certè Doctores Judaicos illud magno consensu in loco de Angelis pro dicto classico habuisse, B. BAUMGARTENIVS observat in *Expos. vern. Ep. ad Ebr.* p. 37. bb. 4) verbum λέγει hic perinde ut v. 6. ellipticè ponitur, iterumque subaudiendum est Θεός licet enim in Psalmo Deus propriè haud loquatur, sed Psaltes, rectè tamen Deo tribuuntur, quæ per istum locutus est; vid. v. 1. huj. cap.

§. XXXI.

II.) In ipso, quod citatur, oraculo occurrit 1.) participium ποιῶν, quod Paulus cum LXX. adcuratè reddidit per participium ὁ ποιῶν. Jam ποιῶν quidem, ut & græcum ποιῶν, latissimæ significationis est, nec semper creationem denotat, sed sæpissimè etiam facturam physicam ex materiâ præexistente, imò & facturam moralem, seu constitutionem in officio, ut C. III, 2. huj. Ep. & 1. Sam. XII, 6. sed nostro tamen in loco angelorum creationem hoc verbo innui, inde patet, quod Psaltes inde ab initio Psalms totus in eo est, ut opus creationis in materiam laudis divinæ convertat; Alibi certè facere idem est, quod creare, e. g. C. I, 2. huj. ep. Pf. CXLVI, 6. Apoc. XIV, 7. undè & LXX. Gen. I, 1. verbum וַיַּבְרָא interpretantur ἐποίησε. Nec obstat participium præsens, quo Psaltes & Paulus utuntur; Cum enim in Psalmo opus creationis poetice sistatur ut jam nunc fervens sub manu Creatoris (vid. v. 2. 3.) rectè Paulus præsens retinuit. Ceterum id quoque observatu dignum est, quod, quemadmodum Angeli hic sistuntur ut creaturae, licet omnium nobilissimæ, ita Christus è contrario v. 10. ff. sistatur ut Creator.

§. XXXII.

Et jam 2.) vel maximè attentionem nostram sibi vendicant verba: τὰς ἀγγέλους αὐτῶν -- ἢ τὰς λειτουργίας αὐτῶν. A) Dissidium est inter Interpretes circa hæc verba, aliis subjectum in eis quærentibus, aliis prædicatum; Secundum illos Deus heic angelos & ministros suos (h. e. cælestes illos genios, quibus tamquam nunciis & ministris utitur) fecisse dicitur spiritus seu ventos, & flammam ignis; Secundum hos verò ventum & ignem fecisse dicitur nuncios & ministros suos; Secundum illos ordine nativo subjectum præcedit, & prædicatum sequitur, at secundum hos, ordine inverso, prædicatum ante suum subjectum ponitur. a) Posterior, post Rabbinos nonnullos, R. SALOMONEM, ABENESRAM, KIMCHIVM, MAIMONIDEM, CALVINO, BEZÆ, GROTIIO, SPANHEMIO, CAME-

CAMERONI, PAREO, MOLLERO, VATABLO, JANSENIO, LORINO, MVISIO, & recentius MICHAELI AC SEMLERO, placuit, è quibus GROTIUM inprimis audire juvat, ad Ebr. I, 7. hæc annotantem: *Sensus hujus loci hic est: nihil magnum est in nomine angelorum & ministrorum, cum ea nomina Scriptura det etiam vento & flammæ; hunc sensum exigit series loci in Psalmo; Addit quidem: Sicut ventus & flamma angeli dicuntur, ita contrà angeli quidam Seraphim, i. e. flammæ, & cherubim, quo nomine olim videntur significari venti, Psalm. 18, 10. quia & efficacia & celeritas melius per res nobis cognitæ exprimi nequit; Sed priorem tamen sensum huic præfert. Alii B) & nostro quidem iudicio rectius, priorem sententiam suam faciunt, secundum quam subiectum sunt angeli & ministri, prædicatum verò venti & flamma ignis; ita sanè ôi LXX. ut patet ex articulo τὸς τὰς vocabulis ἀγγέλων & λειτουργῶν addito; ita Interpretes CHALDÆVS, vertens: *qui fecit nuntios suos veloces sicut ventum, & ministros suos fortes sicut ignem flammantem*, ita & VVLGATVS, Patres GRÆCI & LATINI magno consensu, LUTHERVS, TREMELLIVS, JUNIVS, PISCATOR, GOMARVS, Interpretes Belgæ, D'OUTREINIVS, CALOVIVS, SEB. SCHMIDIVS, BENGELIVS, & nostrates tantum non omnes.*

§. XXXIII.

Angelos & ministros subiectum esse, rectè colligitur α) ex articulo his duobus nominibus præfixo; ita enim & v. 10. huj. cap. idem est *nota subiecti* in verbis: ἔργα χειρῶν αὐτῶν ἐῖς ἵνα ἐπαινοῦνται, ubi in verso ordine prædicatum antecedit, subiectum sequitur; quanto magis ergò heic erit nota subiecti, ubi præmittitur nominibus, *proprium subiecti locum* occupantibus, i. e. *primum*. Excipit quidem GROTIVS, articulum sæpe abundare & apud Atticos, & apud Sacros Scriptores; Sed nos negamus, unquam eum *in stilo N. T.* abundare, tum præfertim, cum sequuntur vel præcedunt alia nomina sine articulo. β) in altero certè enunciato, & ministros suos ignis flammam, pluralis ministros suos non quadraret in singulari τῶν τὰς, sed vel dicendum fuisset: & flammam ignis ministrum suum, vel utrinque in plurali: & flammæ ignis ministros suos. γ) Scopus apostoli non est, angelis omnem negare excellentiam, ut Christo aliquam tribuat, sed potius, magnos illos facere, ut Christus major adpareat, quod apertè docent particule

μὲν

μὲν-δὲ - quarum *ista* aliquid *concedit*, *haec* autem *concesso* *maius* quid *opponit*; Nec δ) obstat *ordo*, quem *Psalmus* tenet in *laudandis* operibus *Dei*, aut *nexus* *comm.* 4. cum *3tio*, in *cujus* *sine* *de* *vento* sermo est.

§. XXXIV.

Dixerit quis N) *seriem* sermonis non *permittere*, ut *ψ. 4.* de *angelis* intelligatur; *observari* enim *inde* à *ψ. 2.* *descensum* à *superioribus* ad *inferiora*, cum *autem* *Psalmographus* jam *ψ. 3.* à *cæli* *expansione* *pervenerit* ad *nubes* & *ventos*, *vero* non *esse* *simile*, *illum* *ψ. 4.* quasi *retrogradi*, atque ad *angelos* *ascendere*; sed *β.* *ordinem* sermonis non *tam* *quærendum* *esse* in *continuo* *descensu* à *superioribus* ad *inferiora*, quam in *eo*, quod *opera* *creationis* *recententur* *secundum* *ordinem* *trium* *primorum* *dierum* *hexaëmeri*. Ad *primum* *diem* *respicit* *mentio* *lucis* *init.* *ψ. 2.* ad *secundum* *expansio* *cæli*, *eodem* *versu*, & *quæ* *leguntur* *ψ. 3.* *cui* *operi* *secundi* *diei* *Psalmes* *dein* *ψ. 4.* *subjungit* *creationem* *angelorum*, per *quam* *cælum* *incolis* *repletum* *est*, ut *terra* *per* *creationem* *hominis*, *hoc* *autem* *facto* *pergit* ad *tertium* *diem* *ψ. 5.* *fl.* *quemadmodum* *ergò* in *Genesi* *creatio* *hominis* & *facta* *est* & *memoratur* *post* *creationem* *terræ*, & *eorum*, *quæ* *ad* *illam* *pertinent*, *ita* *etiam* in *Psalmo* *nostro* *creatio* *angelorum* *facta* *esse* *memoratur* *post* *creationem* *cæli* & *quæ* *ad* *illud* *pertinent*; *Quo* *ordine* *quid* *concinnius* *desiderari* *queat*, *nos* *quidem* *haud* *perpicimus*. Dixerit quis β) cum *vox* מלאכה *ψ. præc.* *3tio* *non* *occurrat*, *occurrat* *autem* *singularis* *vocis* רוח, & *quidem* *in* *significatu* *venti*, dum *incedere* *Deus* *dicitur* *super* *alīs* *venti*, *nil* *esse* *credibilius*, quam *quod* *ψ. 4.* *vox* רוח, è *ψ. 3.* *reassumta*, *rursus* *in* *significatu* *venti*, *nunc* *sit* *subjectum*, *quod* *prædicatum* *suum* *habeat* in *ἀγγελοι*. *Verum* & *hic* *non* *deest*, *quod* *responderi* *queat*; *Concedi* *potest* *aliquis* *respectus* *versus* *4ti* *ad* *3tium* (uti *paullò* *inferius* *döcebitur*) *sed* *inde* *tamen* *haud* *sequitur*, *quod* *ψ. 4.* *de* *novo* *subjeçto*, *angelis*, *non* *possit* *sermo* *esse*; *Modò* *enim* *ostendimus*, *congruè* *prorsus* *inter* *opera* *2di* *diei* *angelos* *memorari*.

§. XXXV.

De *valore* *logico* *vocabulorum* ἀγγελος & λειτουργός *diximus*, *nunc* *de* *grammatico* *etiam* β) *nonnihil* *addere* *juvabit*. a) *vox* ἀγγελος *generatim* *nuncium* *seu* *legatum* *denotat*, ut *Luc.* *VII.* *24.*

D

IX

IX, 52. Jac. II, 25. speciatim verò *certain personam*, quæ ratione officii singularis, quod gerit, ἀγγελος dicitur, quo sensu ipsi *Filio Dei*, Christo, hoc nomen tribuitur in V. T. sæpissimè, & in Novo quoque Act. VII, 30. ex Exod. III, 2. porrò *Iobanni* Bapt. Matth. XI, 10. ex Mal. III, 1. & Episcopis VII. Ecclesiarum Asiæ Apoc. I, 20. coll. Mal. II, 7. specialissimè denique hoc nomine in Scripturâ designari solet *certa species* creaturarum intelligentium, quibus istud *in nomen proprium* cessit, ut nimirum *ab officio suo* denominentur ἀγγελοι quod etymôn evolvitur ψ. 14. hujus cap. b) *Λειτουργός* propriè est *minister publicus*, publica ministeria obiens, &, quod facit, publicâ auctoritate faciens; Hoc sensu vox occurrit Rom. XIII, 6. XV, 16. Phil. II, 25. *hoc loco*, & C. VIII, 2. it. verbum *λειτουργεῖν*, Act. XIII, 2. Rom. XV, 27. Ebr. X, 11. & *λειτουργία* Luc. I, 23. 2. Cor. IX, 12. Phil. II, 17. 30. Ebr. VIII, 6. IX, 21. Est enim *λειτουργός* à *λῆϊτός*, quod olim significabat *δημόσιον*, *publicum*, teste PLUTARCHO, unde & apud Achæos, HERODOTO teste, τὸ λῆϊτὸν dicebatur *Caria*, & DEMOSTHENI Phil. IV. *λειτουργεῖν τοῖς σώμασι ἢ τοῖς ἔσι* est reipublicæ servire corpore & bonis, i. e. sustinere onera tam personalia quam realia. Ebræum מְשֵׁרֵת proprie notat *apparitorem, eimen Aufseherer*, ut v. g. 1. Reg. X, 5. ubi τοῖς מְשֵׁרֵתֵי, *ministri* Salomonis, tribuitur מעֵסֶר *statio*, quemadmodum contrâ τοῖς עֲבָדָיו *servis* ejus, מְשֵׁרֵת *sessio*, quo ipso haud obscure innuitur, מְשֵׁרֵת non semper *ministerium honorationem* notare, & עֲבָדָיו minus honoratum; quamquam certum sit, utrumque sæpissimè de ministris tam *Regum*, quam ipsius *Dei*, Levitis v. g. & Sacerdotibus, usurpari. Ceterum ex hoc ipso loco, ubi מְשֵׁרֵתֵי & מְשֵׁרֵתֵי sine dubio unum idemque subiectum denotant, colligi potest, etiam in Psalmo precedente CIII. eos, qui ψ. 21. מְשֵׁרֵתֵי dicuntur, non esse alios, quam qui ψ. 20. מְשֵׁרֵתֵי vocantur.

§. XXXVI.

Pergimus nunc III.) ad prædicata: πνεύματα-πυρὸς φλόγα. Sunt 1.) qui hæc prædicata sic exponunt, ut vel A) *primum* duntaxat ad ipsam angelorum *naturam* referant, *alterum* verò ad eorundem *officium*, quo pacto, uti GEIERVS vult ad h. l. hoc diceret Psalter, quod Deus angelos fecerit רוּחַיִם *spiritus incorporatos*, ratione *essentia*, ratione *functionum* autem; & prout ipsi *mini-*

ministrant, iisdem dederit vim planè igneam ac flammantem, eosque fecerit instar ignis formidabiles, instar fulminum celerrimos, rapidissimos, efficacissimos, penetrantissimos; Consentit etiam GOMARVS, qui naturam angelorum Spiritus, & potentiam flammæ voce declarari ait. Ac sanè ipsa ratio subjecti in utroque enunciato, ubi primò nomen angelorum quasi proprium ponitur, deinde nomen officii, hanc diversam utriusque prædicati acceptiōnem poscere videtur; vel B) utrumque prædicatum ad naturam angelorum, ut sensus sit, Deum fecisse angelos suos, ut sint substantiæ spirituales, incorporeæ, & ministros suos, ut sint substantiæ subtilissimæ, lucidissimæ, purissimæ, potentissimæ; ita BRENTIVS, TREMELLIUS, JUNIVS, PISCATOR, Belgæ, SEB. SCHMIDIUS, qui postremus ne tropum quidem in his vocibus agnoscit, sed angelos non modò πνεύματα, quæ vox γ. 14. huj. cap. propriissimè spiritus seu substantias incorporeas denotet, verùm etiam ignem flammantem æquè propriè ac sine metaphorâ dici contendit, cum & ignem incorporeum in Scripturâ habeamus, Deum scil. qui ignis ardens adpelletur Ebr. XII, 29. non sane propter solum attributum justitiæ, quo puniat severissimè, sed & propter substantiam subtilissimam, purissimam, incorpoream; hanc enim notari voce ignis, illud verò epitheto ardens; quæ quidem cogitata per nos valeant, quantum possunt.

§. XXXVII.

Alii 2.) utrumque prædicatum ad officium angelorum, atque ad modum, quo functiones suas obeant, referunt, utriusque tropum inesse statuentes, quo angeli comparentur cum vento & igne; ita Interpretæ Chaldaeus, cujus paraphrasin supra jam dedimus, ita & post HIERONYMUM, THEODORETUM, EUTHYMIUM, LVTHERVUS in versione Ps. 104. du macheist deine Engel zu Winden, und deine Diener zu Feuerflammen, nec non TIRINVS, HACKSPANIVS, aliique. Qui omnes etiam in his verbis notam similitudinis omissam censent per elliptin in sacris haud infrequentem, juxtà GLASSII Pb. S. p. 1020. Can. 31. Ac sanè vocabulum רוּחַ versu antec. ventum notare certum est, si autem & h. l. רוּחוֹת de ventis accipiendum sit, nullum est dubium, subaudiri debere particulam sicut, quasi dictum sit: כרוחות: id quod magis adhuc vide-

tur dici debere de altero orationis membro, ubi לַדָּם מִן מִן minus adhuc de *naturâ* angelorum accipi posse videtur, quàm præcedens רוחות, cum רוח naturam spirituales notare confet, אש אלהים verò angeli metaphoricè tantùm dici possint.

§. XXXVIII.

Alii denique 3.) *utrumque* prædicatum ad *utrumque*, cùm ad *naturam* tùm ad *officium* angelorum, referendum esse contendunt, conjungentes h. m. duas præcedentes sententias, quas, quoad rem, non tam sibi invicem dicunt opponendas esse, quàm conciliandas, cum neutra neget, quod altera dicit; nimirum *posterior* sine dubio hoc vult, quod angeli, per *naturam* suam spirituales sint veloces *sicut venti*, & subtilissimi; purissimi, potentissimi, *sicut ignis flammans*, & *prior* itidem absque dubio illis tribuit naturam spirituales, ut velocitatem & similia attributa illis adscribenda doceat; vid. B. BENNELII *Gnom. ad Ebr. I, 7.* & *Ven. BUREKII ad Pf. CIV, 4.* Nec profectò & nos videmus, quare alia nobis ineunda sit via; *In Psalmo* certè comparationem instituit inter *angelos & ventum ac ignem*, docet nexus comm. 4. cum 3tio, ubi רוח indubiè *ventum* denotat; *Paulum* verò magis respexisse ad *naturam* angelorum *spirituales*, ex eo patet, quod 16. ad dictum 4. citatum respiciens, angelos iterum vocat πνεύματα, ubi hæc vox necessariò in significatione *spiritus* non venti, accipitur. Num autem Paulus h. m. verba Psalms in alienum sensum detorsit? Nequaquam; suæ enim naturæ spirituali angelos id debere, quod sint velut venti & ignis flammans, quis neget? eoque minus illorum *natura* hîc excludi posse videtur, quia de *creatione* angelorum in Psalmo sermo est, h. e. de eo, *quales fecerit* eosdem Deus, tam quoad naturam quàm quoad functiones suas. Ceterùm nolimus cum KROTIO in hoc loco præsidium quærere sententiæ *Rabbinorum*, quod angelorum alii sint *aërei*, alii *ignei*; quamquam hæreseos etiam postulare nolimus eos, qui cum *Pythagoræ & Platonis* scholâ, ac veteribus tam *Judæis* quàm *Christianis*, angelis *corpora* tribuunt subtilissima, σώματα πνευματικά, qualia nobis erunt, cum erimus *ισάγγελοι*, 1 Cor. XV, 44. sq. coll. Luc. XX, 36. conf. *B. nostri* WEISMANNI *Inst. Tb. p. 268. 298.*

§. XXXIX.

Concessò, quod in Scripturâ *magna* dicantur de angelis, sumtoque rei documento ex Pf. CIV, 4. Apostolus mox *alio Allegato* probat,

probat, eandem majora adhuc & augustiora de Christo dicere; Exultat illud, ut, uno excepto, reliqua omnia, ad Ebr. Cap. Imo obvia, in *Libro Psalmorum*, & quidem Ps. XLV, 7. 8. ubi in *ebraeo* ita legimus:

כִּסְאָךָ אֱלֹהִים יוֹלֵם וְעַד שְׁבַט מִשֵּׁר שְׁבַט מְלֹכֹתֶיךָ: אֲרַבְתָּ עֲרֶךְ יוֹשֵׁבֶיךָ
 וְשָׁלַח עַל-כֵּן מִשְׁחָךְ אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ שֶׁמֶן שֶׁשֶׁן מִחֲנֹרֶיךָ:

quem etiam textum satis accurate refert *græcus*, qui rursus idem omnino est apud τὰς LXX. & Paulum: ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τῶ αἰῶνος: ῥάβδος ἐκδοῦταις ἢ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου: ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν: διὰ τοῦτο ἐχρησέει σε, ὁ Θεός, ὁ Θεός σου ἑλαιον ἀγαλλιᾶσθαι παρα τῶς μετόχους σου.

§. XL.

I.) *Conferentibus* utrumque textum 1.) se offert vox, כִּסְאָךָ, pressè reddita per ὁ θρόνος σου. A) כִּסְאָךָ, θρόνος, uti & *sceptrum*, de quo mox, est *insigne dignitatis regiae*, juxta Gen. XLI, 40. 1 Reg. I, 35. 46. unde sapillimè *ipsum* regnum denotat, per metonymiam signi pro signato, conf. Ps. LXXXIX, 5. 30. 37. uti & *diadema* pro regno seu regiâ majestate ponitur ej. Ps. v. 40. Ezech. XXI, 26. 27. & *insigne sceptri* Gen. XLIX, 10. Zach. X, 11. B) *Suffixum* ךְ & pronomen σου mox subjectum suum habet in אֱלֹהֶיךָ, qui idem & antea *Rex* v. 2. & *Heros* v. 4. dictus est. 2.) *Elobum* Paulus cum LXX. reddit ὁ Θεός, per *enallagen* casûs *nominativi* pro *vocativo*, quam & LXX. adhibent Ps. XLIII, 1. LI, 3. 12. 16. Loca autem similia è N.T. quin & è profanis auctoribus dabit GLASSIUS Ph. S. p. m. 627. ER. SCHMIDIVS tales *nominativos* adpellat *vocativos at-ticos*; & in Psalmo nostro τὸ Ἐlobum in v. 8. A Q V I L A vertit: Θεὸς, uti EVSEBIVS in v. 7. (ὁ Θεὸς,) vid. *Demonstr. Ev* L. V. Cap. CCXVII. edit. Paris. ubi ita scribit: *de hoc igitur ait, ὁ Deus (ὁ Θεὸς) ad eum, qui unctus est, sermonem dirigens: dilexisti justitiam &c.* Audiamus nunc ex adverso illos, qui vel A) τὸ Ἐlobum in *nominandi* casu accipiendum esse contendunt, vel B) in casu *gignendi*, vel & C) *vocativum* quidem admittunt, sed vocabulum ipsum in *sensu dilutiori*, de *Deo* nonnisi *metaphorico*, accipiunt.

§. XLI.

Qui A) *nominativum* tuentur, iterum in partes discedunt; a) R. SAADIAS *ellipsisim* fingit, sed durissimam, subaudiendum statuens verbum *stabiliet*, ut sensus sit: *Thronum tuum Deus stabiliet*

D III

in

in aeternum; sed rectè respondet RIVETVS *Comm. in Psalmos proph.* p. 428. col. b. *Distortam esse hanc expositionem quis non videt? quis enim unquam sic loquitur? aut quod exemplum afferunt, in quo verbum desit, quod maxime expressum oportuit? quis etiam prohibebit, si quidvis ex libitu comminisci aut supplere liceat, ut aliquis aequè impius suppleat vocem destruet vel collidet? LXX. certè & Paulus non sic intellexerunt verba Psalmi, alioqui non ὁ Θεός σου, sed τὸν Θεόν σου, scripsissent. Alii proinde b) non nisi verbum substantivum, est, cujus ellipsis in omnibus linguis, & ebraëa maxime, frequentissima, subaudiri volunt, ut hoc dicant verba: *Thronus tuus (est) Deus in secula seculorum*; Ita post ERASMV M ROT. qui tamen dubiè adhuc loquitur, H. GROTIVS, secundum quem sensus hic est: *Deus ipse est sedes tua perpetua, i. e. si Salomonem respicimus, sicut sedes inconvulsos tenet homines, ita Deus te semper in regno sustentabit*, si verò Christum, *Deus ipse te sustentabit in regno nunquam desituro*. Secutus est illum Editor N. T. *græco-anglicani*, & CASP. ERN. TRILLERVS, in *Germ. Vers. N. T. A.* 1703. edita, verba nostra vertens: *Dein Thron ist Gott in die Ewigkeiten der Ewigkeiten*. Ambabus quoque hanc interpretationem amplexus est ARTEMONIUS, Lib. cit. p. 284. sq. hunc verborum sensum faciens: *Thronus tuus (ò Fili!) est Deus (Pater) in secula seculorum*. At quàm durum, quæso, ac insolens foret, sententiam: *Thronum tuum firmabit Deus in perpetuum* (huc enim redit vel tandem periphrasis horum Interpretum) ita exprimere: *thronus tuus est Deus in perpetuum?* Prior quidem loquendi ratio sapissimè in V. T. occurrit, ubi de regno Davidis, Salomonis, & Christi sermo est, (vid. e. g. 2. Sam. VII, 12. 13. Ps. LXXXIX, 5. 30. &c.) sed posterior exemplo caret; Nusquam Deus vocatur *Thronus* vel Regis alicujus in terrâ, vel Christi, & *monstruosum* planè *emblemata* est, Deum Patrem dicere *thronum*, in quo Filius fideat, cum potius *sedere* hic dicatur *in throno Patris*, sive, cum Patre in throno Ejus, Apoc. III, 21.*

§. XLII.

Dicit quidem ARTEMONIUS a) Deum adpellari *thronum* Filii, prout dicatur *corona gloriae & serium exultationis* populi sui Esaj. XXVIII, 5. sed *dispar* est utriusque locutionis *ratio*; Faciè concipio, *in quo tercio comparationis* Deus dicatur *corona* populi sui, sed nullum video *tertium comparationis*, cujus intuitu Deus adpel-

adpellari posset *thronus* Filii sui, Messiae. *Thronus Dei* in S. Scripturâ vocatur *omnis locus*, quem Deus destinavit *manifestationi splendoris & gloriae suae*, ut *Maimonides* ait in *More Nevocchim P. I. C. 9.* atque hoc sensu *Caelum & Templum Hieros.* nomine hoc insigniuntur *Esaj. LXVI, 1. Matth. V, 34. Jer. XVII, 12.* Deinde *Thronus* etiam metonymicè notat *ipsum Regnum*, ut supra jam observavimus §. XL. At neutro hoc respectu Deus Pater vocari potest *thronus Filii*, nec enim *Is* est *locus*, in quo *Filius* gloriam suam manifestat, neque etiam, nisi valde *ἀνάγκη*, *is* dici potest *Regnum Filii*. Vidit quoque *Ariemonius*, *GROTII* paraphrasin, quâ Deum ait *Filii thronum* vocari, quia Deus Eum sustentet in regno numquam desituro, vim phraseos nequaquam exhaurire, unde β) omnem movet lapidem, ut sensum aliquem exculpat, qui emphasin phraseos exhaurire videri possit. *Thronus*, inquit, *Christi* non ἐν τῷ θρόνῳ καθίσει, non in maligno illo, sed in Deo positus est, & ab ipso Deo Patre sustentatur; Profectò eleganter Deus Pater dicitur *Filii thronus*, non solum, quod ipse hunc *Filio thronum* erexit, & in seculum seculi sustentat, verùm etiam quod *Filius* sedet & regnat in Caelo, in ipso illo loco, ubi Deus sese angelis visibiliter exhibet, & ab iis adoratur; sedet ibi in Deo, in ipsâ Dei Patris gloria, ejus maiestate circumdatus; Erat & est *Filius* in sinu Patris; quasi dicat: *Angeli* nil nisi *ministri* & *cursores* sunt, *angelos* & *ministros* sibi Deus etiam ex ventis & flammâ ignis conficere solet, at verò *Filius* in sinu ipsius Dei Patris recubat atque regnat in aeternum. Sic ostendisse se putat, quomodo Deus Pater propriè dici queat *Filii thronus*, sed ipse non reperit, in quo pedem tutò figat; nunc enim *Caelum*, nunc *Deum ipsum*, nunc *Dei Patris gloriam & maiestatem*, nunc *sinum Dei Patris* facit *thronum istum*, in quo *Christus* sedeat ac regnet in aeternum; Et cum nosset, *Thronum* in Scripturâ metonymicè dici pro *Regno*, etiam hunc sensum heic quadrare existimat, *Filii thronus*, inquit, *Deus Pater eâdem phrasi dicitur*, ac mox in eodem *Psalmo XLV, 10.* *myrrba & gutta & casta omnia vestimenta tua, i.e. vestes tuae aded sunt odoratae, & plenae myrrbâ, balsamo & castâ, ac si istae vestes ipsa illae essent aromata; sic, regia tua maiestas & potentia est Deus, aded est divina ac Deo plena, ei intrinseca & unita, ac si ipse Deus esset. Quae sanè aded sunt contorta, ut vix nobis persuadeamus, virum cetera acutissimum seridò ita disputare*

tare potuiffè; Nihilominus tamen recentiffime *Cel. SEMLERVS*, *Theologus Hallenfis*, eandem ingreffus eft viam, loco fuprà citato p. 93. verba noftra fic παραφράζων *Dein Thronus ift Gott, und er dauert daber ewig*, & in nota 112. negans ac pernegans, τὸ: *elohim* h. l. *alloquium* eflè, totamque locutionem eandem faciens cum illà Ps. XVIII, 2. *Deus eft Petra mea & Arx mea*. Veruntamen non adeò obefà naris erat *Vir Doctiff.* quin ei fuboleret, vix tueri fe poffè hanc interpretationem, ideoque aliam ei ad latus ponit magis verifimilem, de quà nunc dicturi fumus.

§. XLIII.

Sunt nimirum B) qui vocabulum *Elohim* accipiunt in *genitivo*, & ante illud repetunt vocem כסא, ut fentus fit: *Thronus tuus eft thronus Dei* in feculum; ita pridem *ABENESRA*, qui folium *Davidis* aut *Meffiæ* h. l. *folium Dei* vocari ait, ut i Par. XXIX. (germ. XXX.) 23. *Salomon fediffè dicatur in folio Dei*; Nec dubium eft, *GROTIUM* & *Socinianos* hanc expofitionem præ alterà iftâ fuam facturos fuiffè, nifi *Páulus* obftitiffet, *elohim* vertens ὁ Θεός. Ac fanè aut *AbenEfra* malè interpretatus eft, aut *Paulus*, quoniam *hic*, fi veritas ab *illius* partibus ftaret, vertere potiùs debuiffet: ὁ Θεός σὲ Θεῶν, fcil. Θεός ἐστὶ, quam: ὁ Θεός σὲ ὁ Θεός. Taceamus, fi id voluiffet *Pfaltes*, quod *AbenEfra* vult, eum potiùs fcripturum fuiffè: כסאך כסא אלהים, eum planè in modum, quo mox nomen שבט repetit; Conferantur, quæ *JO. COCCEJVS* contrà hanc interpretationem difputat. Quodfi autem, per hætenus dicta, nec *nominandi* nec *gignendi* cafus locum habere potèft in voce *elohim*, inconcuflum utique manet, quod fuprà §. XL. diximus, fcil. ebraum אלהים & græcum ὁ Θεός in *vocandi* cafu accipiendum eflè, æquè ac x. 4. vox גביר omnium confenfu in *vocativo* vertitur, ὁ! *Heros*, quâ ratione hi duo verfus elegantiffimè exhibent nomen illud *Meffiæ*, quod legitur *Efaï. IX, 6. אֵל גִּבּוֹר*.

§. XLIV.

Nec tamen circa nomen *Elohim* omne jam militatum eft bellum, fed c) iis quoque nunc obviã eundum eft, qui *vocativum* quidem admittunt, fed *nomen ipfum* metaphoricè tantùm & figuratè accipi volunt, eo planè fenfu, quo apud *Agyptios* teste *Diodoro Siculo* L. I. C. 9c. & apud *Ebræos*, juxta loca *Exod. XXI, 6. XXII, 7. 8. Ps. LXXXII, 1. 6. Reges* adpellati funt *Dii*. Hanc notionem

tionem impropriad post alios etiam *Cel. DN. MICHAELIS c. l.*
 p. 114. n. 19. vocabulo *elohim* ided potissimum hoc loco tribuen-
 dam existimat, quia a) æterna Christi Deitas nec in V. T. perinde
 ut apud nos in vulgus nota fuerit, nec in Psalmo nostro, nil nisi
Regem canente, ulterius quidquam de eâ occurrat, & b) vox
Regem canente, ultierius quidquam de eâ occurrat, & b) vox
 ַלְהִים, *Deus tuus*, satis declaret, præcedens אֱלֹהִים non in sensu
 illo eminentissimo, quo aliàs de summo Deo adhiberi solet, acci-
 piendum esse, sed *Deum* quendam isti *subordinatum* designare, quem
 verò sensum Theologi *divinæ Christi nature* minùs congruum ju-
 dicaturi sint, ut qui ad verba Joh. XX, 17. *ascendo ad Deum meum*
 &c. monere soleant, dicta hæc esse à Christo secundum *humanam*
 saltem *naturam*, ad quam & totam Christi cum angelis compara-
 tionem, à Paulo institutam, spectare certum sit. Jam ad a) lu-
 bentes quidem a) largimur, doctrinam *de Christo Deo* non eâ luce
 sub V. T. radiasse, quâ sub Novo postea effulsit, uti & ipse Vir
 Doctiss. *comparativè* tantum loquitur, sed negamus, rectè hinc in-
 ferri, quod Psalmus XLV. *Deum* appellans Christum, *metaphori-*
cum duntaxat *Deum* innuere censendus sit; Si procedere debeat
 hæc consequentia, aut negandum est, ullibi in V. T. æternam
 Christi Deitatem doceri, aut aliunde probandum, *hoc loco* de eâ
 non posse sermonem esse. ß) quod reliquus Psalmi contextus de
 æternâ Christi Deitate altum fileat, Viro Doctissimo non eâ-
 dem, quâ is adfirmat, facilitate concesserint ii, qui & v. 8. ַלְהִים
Elohim in vocandi casu recurrere, & v. 12. ַלְהִים, nec non alia
 Psalmi prædicata, subiectum, quod Deus sit plusquam metaphori-
 cus, arguere contendunt; Quin concessio etiam, quod reliquus
 Psalmus de Christi Deitate nihil habeat, sed *Regem* duntaxat pin-
 gat, inde tamen haud sequitur, Ergò nec v. 7. ַלְהִים *Deum* in
 sensu eminentissimo notare potest. Neque enim hæc notiones mu-
 tuò se destruant; *Regem* Psalmus describit, sed Θεανθρωπον. At-
 que sic inconsequentia quoque laborat b) *da ratio*, quum ex eo,
 quod illum, qui v. 7. *Elohim* vocatur, versùs 8. *suum* iterum *De-*
um habere dicat, colligitur, ַלְהִים v. 7. nonnisi in sensu quo-
 dam subordinato, quo & Reges dicantur *Dii*, accipi posse; *Mi-*
ra quidem audimus, quum *Deum* audimus, *cujus Deus est Deus*,
 imò quum *Deum à Deo unctum* audimus, sed non audimus ἀσύ-
 σατα, verùm ea, quæ in personâ Θεανθρώπου amicè conspirant;

E

Nec

Nec sanè & hoc concedere possumus, quod in totâ Christi cum Angelis comparatione divinæ, quæ in Ipso est, naturæ nulla habeatur ratio, sed humanæ tantum naturæ, cum in eo quàm maximè ponenda sit Ejus suprâ Angelos eminentia, quod Deus est *sensu proprio* & eminenti, isti autem *figurato* tantum & *dilutiori*; Prorsus hîc in rem nostram vertere possumus, quæ ipse *Doctiss.* DN. MICHAELIS p. 103. ad v. 4. n. 10. solide disserit de probè observando discrimine inter nomen *Deorum* ac *filiorum Dei*, Angelis atque Regibus *figurate* tantum, nec semper, sed *quandoque*, & quidem in plurali saltem, tributum, ita quidem ut propterea haud liceat dicere: Gabriel Deus est: Salomo Deus est: & nomen *Dei* ac *Filii Dei*, quod Christo *proprie*, & tanquam nomen *characteristicum*, *ordinariè* ac in *singulari* tribui solet, ubi certè aliquid infinites majus, quam in isto casu, cogitari debeat. Videmus quidem *Virum Cel.* mox ad alia quævis delabi, quando *pag. seq.* Christum non alio sensu *Dei Filium* appellari contendit, nisi quo etiam Reges apud Ebræos *Dii* aut *filii Dei*, ut apud Græcos *διογενεῖς* seu *διογενεῖς*, dicti sint, sed videmus quoque, difficulter hæc cum superioribus conciliari posse. Largimur, *gradus* dari in sensu figurato, sed tùm dici non debebat, sensum, quo angeli dicantur Dei aut filii Dei, ab eo, qui in Christo obtineat, differre ut *figuratum à proprio*; Hunc certè si *τῷ elohim* v. 7. tribuamus, nullâ amplius ratione dici potest, illud *Regem* tantum, omnium licet maximum, notare; hic enim sensus figuratus saltem & improprius foret.

§. XLV.

Satis diu (inde à §. XL.) immorati sumus nomini *Elohim*, quo vates divinus Regem, quem canit, alloquitur; Pergimus nunc §) ad Phrasin: *וְעַל יְהוָה*, quam Paulus post LXX. reddit: *ἐπὶ τὸν αἰῶνα τῷ αἰῶνος*. Observatu hîc dignum est A) in *ebraeo* non esse *præfixum* *ל*, & tamen in *Græco* exprimi per *præpos.* *ἐπὶ*, quasi in fonte exstaret: *וְעַל יְהוָה*, quod legitur Exod. XV, 18. & alibi sæpè, etiam in Psalmo nostro v. 18. Factum hinc, ut a) GEIERVS in *Comm. ad hunc locum* existimaret, ante *וְעַל יְהוָה* ex præcedd. repeti debere *נְשָׂא*, ut plena locutio sit: *thronus tuus est thronus sæculi & æternitatis*, cujus constructionis ellipticæ exempla allegat
ex

ex Gen. XXXI, 13. Jer. XXXIII, 20. quo pacto dein *genitivi* עולם ועד inferrent sensum *adjectivum*, & כסא עולם ועד esset thronus secularis & æternus. Sed obstare huic expositioni videtur, quod supra repetitioni כסא עולם ante אלהים obstare diximus, scilicet quod Propheta, si hoc voluisset, sine dubio iterum expressurus fuisset vocem כסא, æquè ac in seqq. דו שנת דו repetit. B) *Digniss.* BURCKIUS in *Gnom. ad Ps.* itidem, sed alio modo, in textu ebræo majorem emphasin quærit, quàm quæ in græco est, quando עולם ועד ipsi sunt *nominativi*, cum כסאך sic construendi: thronus tuus, o! Deus, est *æternitas* & *seculum*, cum quâ locutione conferri vult Esai. LVII, 15. ubi Deus *habitare* dicitur *seculum*; At cum alibi quoque ועד עולם, etiam sine præfixo ל, significet *in seculum* & *in æternum*, e. g. Ps. XXI, 5. XLVIII, 15. LII, 10. CIV, 5. ubi ipse GEIERS statuit ellipsin כסא ל, & BURCKIUS quoque vertit: *in seculum* & *sempiternum*, nolimus nos hanc emphasin nimis urgere; LXX. certè & *Paulus* non aliter interpretati sunt, ac si legissent: לעולם ועד.

§. XLVI.

Quod jam B) ad *phrasin ipsam* attinet, quæri potest a) quomodo *distingui* possint hæc duæ voces עולם & עד? b) quam emphasin habeant *junctim* positæ? Quoad a) עולם vi etymi notat *durationem longam*, cujus terminus est *occultus*, atque hinc adhiberi solet de *duratione tam finita* Gen. XVII, 8. Exod. XXI, 6. &c. quàm *infinita* Ps. IX, 8. XLV, 3. &c. Adverbium עד usque, quando nominascit, *æternitatem* denotat, quasi dicas: *semper usque* & *amplius*. vid. VITRINGA ad Esai. IX, 6. Est verò etiam locus, ubi hæc vox significat *secula mundi antegressa*, scilicet Hiob. XX, 4. adeoque neutra per se *absolutam æternitatem* indigitat; Num autem b) *junctim* positæ eandem semper innuant, alia est quæstio; Sunt, qui eam affirmant, quia in multis locis reverà hæc significatio obtinet; quum verò ipsa hæc phrasis Ps. CIV, 5. etiam de *duratione terræ*, quæ tamen *finita* est, adhibeatur, rectius nobis è *materia substratâ* in quolibet loco determinari videtur, an *duratio infinita*, an *longa* saltem, certoque modo *infinitæ* similis, utpote ad ultimum usque existentie rei terminum pertingens, intelligenda sit? *Nostro* certè in loco *absolutè æterna* duratio Regni Messie innotuit. Conf. loca Ps. LXXII, 5, 7, 17. LXXXIX, 37, 38. XCIII.

1, 2. Esai. IX, 6. coll. Luc. I, 33. Dan. II, 44. VII, 14. Atque hoc prædicatum omninò ejusmodi est, ut, *Salomonis regno* illud tribuere, audacia esset plusquam poetica, nec enim is regnavit ultra 40. annos, ejusdem verò posteros ac successores in regno in subsidium heic vocare, prohibet id, quod sequitur *de sceptro rectitudinis, de amore justitiæ & odio mali*, quæ omnia nec immediato ejus successori Rehabeamo, nec posterorum plurimis, conveniunt. De phrasi *gracá eis tòn aióna tē aiónos* consulatur ER. SCHMIDTUS ad Joh. VIII, 51. *Aión* scil. æquè ac ebræum עוֹלָם & ævum & æternitatem designat, atque hinc *æternitas à parte ante* exprimitur phrasibus *ἀπὸ αἰώνος, ἀπὸ αἰώνων, ἐκ τῆ αἰώνος*, & *æternitas à parte post* phrasibus: *εἰς τὸν αἰώνα, εἰς τὰς αἰώνας, εἰς τὸν αἰώνα τῆ αἰώνος, εἰς τὰς αἰώνας τῶν αἰώνων, εἰς πάντας τὰς αἰώνας*.

§. XLVII.

Sequuntur 4) in textu nostro verba: שֵׁשׁט מִשֵּׁר שֵׁשֶׁת מַלְכוּתָךְ
 adcuratè sic translata: *ῥάβδος ἐνθύρτου ἢ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου*. A) Observatio *logica* ad hanc propositionem hæc est: Uti in hemistichio priori subjectum antecessit prædicatum, ita nunc prædicatum antecedit subjectum, unde & articulus ἢ repetito demum vocabulo *ῥάβδος* præmittitur. Jam sequuntur B) observationes *grammaticæ*: a) Vox *ῥάβδος*, uti & ebræa שֵׁשֶׁת, propriè generatim *virgam* seu *baculum* denotat, cujus v.g. usus est sive in excutiendis frugibus Esai. XXVIII, 27. sive in ducendis gregibus Lev. XXVII, 32. Ps. XXIII, 4. Mich. VII, 14. sive in castigandis servis aut filiis immorigeris, Exod. XXI, 20. Prov. XXII, 15. *deinde* per metonymiam signi *tribum*, quia tribuum Israëliticarum signa erant *baculi*, nominibus earum inscripti, Num. XVII, 2. & per synecdochen speciei *stilum scriptorium* Judic. V, 14. item *bastile* seu lanceam, 2 Sam. XVIII, 24. & *sceptrum* insigne regum, Ezech. XIX, 11. 14. à *Pastorum pedis* forsan originem trahens, quia Reges *ποιμένες λαῶν* veteribus dicti sunt, ut ex Homero patet. II. β. v. 86. 105. Atque hunc postremum significatum etiam h. l. obtinere docet additus vocis שֵׁשֶׁת genitivus מַלְכוּתָךְ, *regni tui*, ut adeò *ῥάβδος* idem hîc valeat, quod *σκήπτρον*, quam vocem ὁ LXX. adhibuerunt Zach. X, 11. Latet autem ex mente Pfaltis sub emblemate *sceptri* universum Christi regimen, seu administratio regni à Patre ipsi traditi, cum omni

omni exercitio tam *gratiae* quam *justitiae* Ejus; conf. Esth. V, 2. Ps. II, 9. CX, 2, Apoc. II, 27. b) Ebraum שֵׁפֶרָה & graecum εὐθύτης optimè sibi respondent, utrumque enim *rectitudinem* notat: *Sceptra* nim. apud veteres erant rami oleæ seu lauri, seu alius cujusdam *arboris*, (juxta Virgillii illud *Aen.* L. XII. v. 206, 210.

ut *sceptrum* hoc (dextrâ *sceptrum* nam forte gerebat) olim *arbos* --)

fed *recti*, non *curvi*, unde *sceptra* ÆSCHYLO εὐθυτήρια dicta in *Pers.* v. 766. & τὸ εὐθύειν seu ἰθύειν HESIODO passim Regum officium esse dicitur; quæ sanè locutiones cum phrasi nostrâ: ῥάβδος εὐθύτης, pulchrè conspirant. Ceterum & hoc notandum, quod prædicatum hoc, unâ cum ejus ἐπεξηγήσει init. v. seq. arête cohæreat cum antecedente: thronus tuus in *eternum*, εὐθύτης enim; cum amore *justitiæ* & odio mali conjuncta, rationem continet *perpetuitatis* Regni Christi, juxta Ps. LXXXIX, 15.

§. XLVIII.

Quomodo *Sceptrum* Regni Christi sit *sceptrum rectitudinis*, egregiè declarat vates divinus initio versûs 8vi, ubi de Rege suo 5.) ita canit: וְשֵׁפֶרָה וְשֵׁפֶרָה וְשֵׁפֶרָה וְשֵׁפֶרָה, quæ textus graecus ad literam sic exprimit: ἡγάπησας δικαιοσύνην, ἢ ἐμίσησας ἀνομίαν. A) Substantiva וְשֵׁפֶרָה & וְשֵׁפֶרָה sibi è diametro sunt opposita, & vulgaris sententia eò redit, quod וְשֵׁפֶרָה heic denotet *complexum omnium virtutum*, juxta tritum illud:

ἡ δὲ δικαιοσύνη συλλήβδην πᾶσ' ἀρετῶν εἶ,

Justitia in sese virtutes continet omnes,

& וְשֵׁפֶרָה *omnium vitiorum complexum*, omnem ἀνομίαν. Uti verò adcurata antithesis est inter substantiva, ita & B) inter verba וְשֵׁפֶרָה & וְשֵׁפֶרָה, quæ *adfectus* planè *contrarios* indigitant; Atque hic not. a) *emphasin* habere, quod non dicatur וְשֵׁפֶרָה, ἐμίσησας δικαιοσύνην, sed וְשֵׁפֶרָה, ἡγάπησας. Nam plus dicit, *amare justitiam*, quàm *facere* illam aut *exercere*; *illud* habitum innuit, quem *continuitas actuum* certò sequitur, cum è contrario possit aliquis, tyrannus v.g. *justitiam exercere*, quam tamen haud *amat*, hic & nunc scilicet, ob *privatum commodum*, seu ad *evitandum* aliquod malum. *Verè justus* exercet *justitiam* ex amore virtutis, ex *constanti* vo-

E II

lunta-

luntate rectè semper agendi, secundùm illud *Hovatii* Epp. L. I. Ep. XVI. v. 52.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

b) *Reges* præsertim ac *Principes*, & quemcumque magistratum, ornare *amorem justitiæ & odium iniquitatis*, cum utrumque *Bonum publicum* requirat, nemo non agnoscit, ideoque aptissimè *Regi*, quem *Psalms* canit, utrumque *Pfaltes* tribuit; nec tamen propterea necesse est, prædicatum hoc ad *solam justitiæ distributivam* restringere, quasi id tantùm diceretur: Regem istum non minus esse severum omnis iniquitatis vindicem *per poenas*, quam asfertorem justitiæ *per præmia*, quæ duo omne in politico ordine punctum ferre, *PLATO* jam observavit. Amplioris potius illud ambitus esse, alii inde colligunt, quod justitiæ *generatim* opponatur *עשר*, *עוולא*, unde & eum existimant metiendum esse ex ambitu *triplicis officii* Christi, prophetici, sacerdotalis & regii, vid. *CALOVIVS* in *Bibl. Ill.* ad *Ps. XLV.* p. 1018.

§. XLIX.

At hic intercedit *Doctiss.* *DN. MICHAELIS*, & c. l. p. 116. f. n. 22. contendit, non *Messia* characterem moralem internum, non pietatem erga Deum & sanctitatem *Ejus* heic describi, sed eam potius in eo laudari justitiæ, quam is demonstret in judicio super justos & injustos; ac sanè ita hanc sententiam ornavit *Viv. Cel.* ut parum abfuerit, quin & nobis eam persuaderet; nam præter id, quod illa emblemati *Regis*, in *Odâ* hæc regnanti, apprimè convenit, adeoque in eam incidere admodùm proclive est, quia scilicet in *Regibus* non tam pietas, eorum personis inhærens, quàm justitia, quæ suum cuique tribuunt, maximè attendi solet, præter hoc, inquam, magnâ cum specie provocatur *partim* ad loca *Gen. XVIII, 23.* *Exod. II, 13.* *XXIII, 7.* *Num. XXXV, 31.* *Deut. XXV. 1, 2.* *Hab. I, 13.* ubi adjectivum *עשר* *fontem* vel *veum* notare videtur, in oppositione ad *עריק* *insontem*, partim ad 2. *Sam. XXII, 22.* ubi phrasin *לא רשעתי* ob sequens *מאלתי* credere possis vertendum esse: *non reus declaratus sum à Deo meo*; quo certè sensu si & nostro in loco vocabula *ערק* & *רשע* sumenda sint, nil aliud is dicet, quàm quod *Rex*, quem *Psalms* canit, *innocentes* amet, odio autem habeat *fontes*. Verùm curatius rem expendentibus deprehendimus

dimus, quæ assensum morari possunt; Ne prolixi simus, sequentia saltem L. B. expendenda damus: α) De *Rege* hic fermo est, sed *tali*, cujus propria & personalis sanctitas plurimum momenti habet quoad totum Ejus officium mediatorium, adeoque & *regium*, unde à tam magnificâ Regis hujus descriptione nequaquam illa abesse poterat, & eò minus quidem, quo magis virtus ista, quæ suum cuique tribuit, & peculiari quâdam ratione *justitia* dicitur, eam necessariò præsupponit, hæcque sine ullâ umbra tantum virtutis est; Quemadmodum nos hanc non exclusam volumus, utpote quæ satis clarè Regi Messîæ tribuitur Ps. LXXII, 9-14. quin & in nostro Psalmo v. 5, 6. ita & illam ab aliis non excludi jure optimo postulamus; optimè *Ven. BVRCKIVS ad b.l. justitia*, species, omnem *pietatem*, in genere, includit: *improbitas*, genus, *injustitiam* in specie comprehendit. β) Sensum, qui voci רשע ר tribuitur, non esse sensum locorum, quæ citantur, unicè possibilem, pridem alii, nec infeliciter, ostenderunt; Speciatim Num. XXXV, 31. phrasîs רשע למות, quam LXX. vertunt: τὸ ἐνόχασεν ὄντος ἀναπεφθίναι; æquè commodè exponi potest per: *impius usque ad mortem*, h. e. ita impius, ut morte dignus sit; Quoad locum verò 2. Sam. XXII, 22. coll. Ps. XVIII, 22. prorsus dubitamus, an ullo Scripturæ loco probari queat, verbum רשע in Kal sensum hunc passivum sustinere posse: *reus declaratus sum*; Rectius verba: לא רשעתי מאלהי, quæ propriè sonant: *non improbè egî à Deo meo*, pro locutione concisâ habentur, Ebræis admodum familiari, & sic supplendâ: non improbè agendo *defeci* seu *averti me à Deo meo*, hoc enim, *sc. deflexionem à viâ rectâ*, subaudiri jubet præcedens antitheton: שמרתי רכבי ירוה *custodivi vias Domini*, cui è contrario minùs benè responderet enunciatum: *non reus sum declaratus à Deo meo*. γ) Concedamus, רשע cc. ll. notare *fontem*, uti צדיקו *infontem*, num inde consequentia valet *ad nostrum locum*? & num posito, *concretum* illud quandoque hoc sensu accipi, legitimè hinc concluditur ad *abstractum* רשע, quod constanter *improbritatem* significat, nunquam verò *causam injustam*?

6.) Ebræum כן-על & græcum ἦν τὸ ἐνο omninò construendum est cum sententiâ, quæ immediatè præcedit: *amasti justitiam, et odisti*

odisti iniquitatem; Etsi autem in hoc plerique consentiant, illorum tamen alii A) utrumque vertendum censent, non *propterea* vel *ided*, sed *propterea quod, quia, quandoquidem*, ita ut non denotetur causa *consequentis*, sed *consequentiae*, neque aded amor *justitiae* causa sit *unctionis*, sed *haec* potius causa *illius*, quæ GEIERI est sententia in *Comm. ad b. l.* ubi & multos alios sibi *ὁμοίως* allegat, it. NOLDBII in *Concordd. Edit. Tymp. p. 569.* & SCHÖTTGENII in *Hor. Ebr. Talm. p. 925.* Hoc certè sensu Esaj. LXI, 1. τὸ ἴδιον adhiberi, in *Diff. ad b. l. coll. Luc. IV, 18. s. A. 1760. edita*, docuimus; B) *aliorum* iudicio utraque particula hoc etiam loco tuetur significationem suam consuetam, juxtà quam interpretanda est per *propterea, ided*, quo sensu etiam occurrit *ἄ.* 3. & 18. huj. Pf. & secundum hos *vel a)* idem valet, quod *ἐκ τούτο* Luc. IV, 43. quâ ratione *finaliter* magis sumenda esset, hoc sensu: *bunc in finem*, ut scil. in administratione Regni tui diligeres justitiam &c. *unxit te*, Deus, Deus tuus; & tùm *unctio* intelligenda foret *de collatione donorum*, quæ ad opus redemptionis feliciter ac perfectè peragendum requirebantur; *vel b)* *unctio* reverà est *consequens* amoris justitiæ, hicque *illius causa*, ita quidem, ut, si *α)* amor justitiæ referatur ad consilium Pacis inter Patrem & Filium de redimendo genere humano, (ubi *hic* reftaurationem justitiæ & destructionem peccati, jam ante conditum orbem, in se recepit, adeoque *illius* amorem *hujusque* odium jam demonstravit) *unctio* intelligi debeat de collatione donorum Spiritûs S. in tempore factâ, sub ipsam Christi missionem in mundum, si autem *β)* *ad vitam Christi*, quam inter mortales in his terris egit, & *opus redemptionis* ab Eo peractum, *unctio*, quâ de hîc sermo est, pertineat *ad statum Exaltationis*, qui & Phil. II, 9. cum perfectissimo Christi ergà Patrem obsequio conjungitur per voculam *διὸ* Sunt etiam c) qui *unctionem* h. l. intelligunt *non æ ipso unctionis actu*, sed *de manifestatione illius*, secundum Canonem philologicum: sæpè res fieri dicitur, quum *facta esse cognoscitur*, vid. GLASSII *Ph. S. p. 794.* quo pacto sensus hic foret: dilexisti justitiam, *atque hinc patet, te unctum esse* oleo lætitiæ præ confortibus tuis; At hoc longiùs quæsitum esse, nemo non videt; Nobis ex allatis interpretationibus ea, quæ *unctionem* ad statum Exaltationis refert, *ided* præ aliis se probat, quia omnium est simplicissima, & quàm minimum artificii habet, velut *ex seqq.* patebit.

§. LI.

מִבְּיָמָיו) nimirum in textu nunc sequitur *unctio ipsa* in verbis: **יָשָׁם יָשָׁם - שָׁמַיִם, יֶחֱרִיסֶהוּ סֵה - יְלֵאיוֹן אֲגַלְלִיָּדָסְעוֹס**. ubi a) vix opus erit monere, *accusativum* יְלֵאיוֹן more græco positum esse eo sensu, quo Latini *ablativum* usurpant; conf. Marc. IX, 41. 1 Cor. III, 2. exempla autem ex *Aristophane* & *Sophocle* dabit ER. SCHMIDTUS *ad h. l.* Magis ad rem facit observatio, quod *olei* in S. Scripturâ *varii* memorentur *usus*, è quibus cum maximè in censum heic venit *usus* illius *partim* in ungendis tam *rebus* quàm *personis sacris* Exod. XXX, 22-33. *partim* in *conviviis* ebraeorum, præsertim *nuptialibus*; Qu. scilicet b) num *genitivus אֲגַלְלִיָּדָסְעוֹס* de *unctionibus convivalibus* saltem cogitare heic jubeat, an verò idem etiam quædret in *emblemâ olei sacri*, quo uncti sunt Sacerdotes ac Reges? *Posterior* ii statuunt necesse habent, qui *unctionem* h. l. intelligunt sive generatim *de inauguratione* Messiaë ad officium suum mediatorium, ac regium inprimis, sive speciatim *de collatione donorum Spiritûs S.* quoad humanam ejus naturam, in tempore factâ, quâ de sermo est Esaj. LXI, 1. Act. X, 38. ubi ad *unctiones sacras* respici, nullum est dubium; *Prius* autem non possunt non adferere illi, qui *unctionem*, cujus heic mentio fit, ad *Exaltationem Christi* referri volunt, quos inter & nos nomen nostrum pauldò ante professi sumus.

§. LII.

Ad *unctiones* certè *convivales* (quas *Ebrais* in usu fuisse, ex Ps. XXIII, 5. Luc. VII, 38. Joh. XII, 3. colligere licet, de *Grecis* idem docente CHR. BRÜNINGIUS *Comp. Antiqq. Gr. p. 297. sq.* & de *Romanis* H. KIPPINGIO *Antiqq. Rom. p. 508. sq.* Psalmum nostrum respicere, nobis quidem manifestum esse videtur a) ex eo, quod hæc ratione particula *דִּיֵּד תֵּטֹו* vim suam consuetam retinet h. e. *illicitam*, nec enim ex amore justitiæ ac odio mali inferri potest illa Christi unctio, cujus emblemata fuit unctio Regum in V. T. sed ea tantùm, cujus emblemata sunt unctioes convivales; b) cum phrasîs **יָשָׁם יָשָׁם** nusquam alibi occurrat, quàm Esaj. LXI, 3. in hoc autem loco apertè non respiciat unctioes regales, sed, vi contextûs, eas duntaxat, quæ in conviviis, præsertim nuptialibus, adhiberi solebant, (conf. v. 10. ubi disertè *sponsi ornatusque nuptialis* mentio fit) eadem phrasîs etiam in Psalmo nostro vix ali-

ter accipi poterit, quàm de unctione nuptiali. c) *Ipsi* quidem CLERICO, in *Hagiogr. ad Ps. nostrum p. m. 296.* (qui ceteroquin in summa rei idem nobiscum sentit, nec tam id h. l. spectari censet, quod Christus Spiritu S. unctus fuerit ad munus suum ritè obeundum, quàm potius collatam in Eum regiam potestatem, cujus plenam possessionem, in Cœlum ascendens, adiverit) oleum quoque, in Regum inaugurationibus adhibitum, **שמן שמן**, *oleum hilaritatis* vocatum fuisse videtur, quia Reges non sine publicâ hilaritate inaugurati fuerint, ut v. g. Salomo I Reg. I, 39. 40. 45. sed hoc quidem nondum nos sufficere putamus ad id, ut oleum, quo uncti sunt Reges, *oleum lætitiæ* dici potuerit, cum non tam *oleum*, quàm *inauguratio* ipsa gaudii publici materia exstiterit, & genitivus **שמן** dubiò procul h. l. *unctum ipsum*, non alios, respiciat; d) Quum alii in contrarium urgent, in toto Psalmsi contextu Messiam representari *ut Regem*, adeoque heic de unctione *regali* tantum cogitari posse, eodem jure & nos vicissim hoc urgemus, quod Psalmus *Regem* nobis sistat, sed *Sponsum*, & maximè quidem inde à v. 8. cujus ultima verba cum sequentibus usque ad finem Psalmsi nil nisi solemnitates nuptiales, easque Rege sine pari dignas, spirant, ut proinde, cum in nuptiis, præsertim regiis, frequens & copiosus apud Veteres fuerit unguentorum usus, ab Epithalamio hoc spiritali non aliena censeretur commemoratio unctionis nuptialis. e) denique manebat utique Christum, Redemptorem nostrum consummatum, *satietas gaudiorum* coram facie Domini, & *jucunditates* in dextrâ ejus in perpetuum, juxta Ps. XVI, 11. & pro hac **προκειμένη ἀντὶ χαρᾶς**, *pro hoc gaudio ipsi proposito*, sustinuit crucem Ebr. XII, 2. quid ergò magis congruum dici possit, quàm quod *Rex noster*, *idemque sponsus*, in exaltatione suâ *unctus fuerit oleo lætitiæ*?

S. LIII.

Constare ex hætenus dictis putamus, quid c) per *unctionem*, verbo **שחט**, indigitatam, intelligi debeat? Nequaquam scilicet eâ significatur *designatio* Christi ad officium mediatorum ab æterno facta, ut e. g. verbum **שחט**, quod pariter significat, *unxit*, hoc sensu adhibetur Prov. VIII, 23. neque etiam (verba damus PFAFFII quondam nostri in *diss. de unctionibus Christi & Christianorum* A.

A. 1727. editâ) collatio donorum Spiritus S. in tempore Christo homini factâ ad munus mediatorium, maximè regium, Θεοπροπηγής gerendum, *exaltationem ejus gloriosam secum vectura*, (quæ ultima verba satis produnt, quàm agrè *Viv Doctiss.* cogitationes suas abstraxerit *ab unctioe in statu Exaltationis querendâ*) sed *euctio* Ejusdem in eum statum, in quo *cum ineffabili gloriâ* conjunctum quoque est *ineffabile gaudium* illud, cujus intuitu *dies nuptiarum* Ejus simul vocatur *dies lætitiæ cordis* Ejus Cant. III, 11. Prior illa unctio aliis in locis, suprà ex parte allegatis, satis fundata est, ut haud necesse sit, nostro etiam loco testimonium pro illâ extorquere.

§. LIV.

8.) In verbis: אלהים אלהיך dubitari posse videtur an utrumque dicatur de uno eodemque, *ungente* scil. qui *Deus* est, & *Deus uncti*, an autem de duobus *uncto* & *ungente*, ita ut *Elobim* fumatur *in vocandi casu*, quemadmodum *versu præcedente*, & *Deus* hîc dicatur *unctus esse à Deo suo*; Prius si statuatur, sensus hic erit: unxit te *Deus, qui est Deus tuus*; si autem *posterior*, tùm rectè se habebit interpretatio recepta: unxit te, *o! Deus, Deus tuus*; Jam & ii, qui pro hâc militant, concedunt, verba textûs, prout jacent, omninò permittere, ut אלהים accipiatur *in nominativo*, & אלהיך per epexegetin additum dicatur, hoc sensu: *Deus, qui est Deus tuus*, velut v. gr. Ps. XLIII, 4. אלהים אלהיך æquè verti potest: *Deo, qui est Deus meus*, ac: *tibi, o! Deus, qui es Deus meus*, sicut LUTHERVS vertit; item: Ps. LXVII, 7. ubi אלהינו אלהים necessariò vertendum est: *Deus, qui est Deus noster*; Certè nostro in loco v. 8. non æquè incommodus est nominandi casus, quàm v. 7. quia tamen in *hoc*, per superiùs dicta, *elobim* non potest non in vocandi casu accipi, hunc & v. 8. obtinere, meritò probabilius esse judicatur; unde HIERONYMVS jam ad *Principiam Ep. 3.* אלהיך *elobim*, ad evitandam amphiboliam, contra communem usum, vertit: *Dee*; ipsique etiam *Sociniani* in versione suâ germanicâ alibique *vocativum* admiserunt, licet non omnes. Quodsi autem *unctus* hîc æquè dicatur *Elobim*, ac *ungens*, irrefragabile omninò testimonium hæc verba perhibent *Divinitati Christi*, quia nomen *elobim*, nisi adjiciatur *attributum diviniens*,

nuens, constanter *verum Deum* significat. Excipiunt quidem *Sociniani a)* non deesse nostro in loco *attributum diminuens*, dici enim Deum Patrem Uncti hujus Deum, &, qui ungetur, eo ipso Deum esse non posse; sed *β.* Patrem esse ac dici *Deum Christi* *tum* propter generationem ab æterno, *tum* propter missionem ad opus redemptionis, *tum* quatenus Eum unxit Spiritu S. ad illud ritè peragendum, &, post peractum illud, oleo lætitiæ, quæ omnia divinitati Filii tam non derogant, quàm eidem non derogat ipsum opus mediatorum, ipsa Filii humanitas; Non magis obstat *β)* quod per ipsam nostram sententiam Filius *elohim* dici nequeat, quia credamus, vocem hanc pluralitatem personarum in Deitate innuere, adeoque *uni* illarum hoc nomen haud conveniat; Non certè implicat, *Elohim* dici & Deum, uti trinus est in personis, & unam aliquam ex personis adorandæ Trinitatis, quia singulis hoc nomen competit ob perpetuum, quem ad reliquas habent respectum; Quid? quod hæc ratione nec Moses dici potuisset *Deus Aaronis*, Elohim, in plurali, Exod. IV, 16. quem locum tamen *μετα' πολλῆς Φαντασίας* contra nos urgent hostes Deitatis Christi, quando sensu dilutiori Christum in sacris literis *Elohim* vocari evincere volunt.

§. LV.

Supereft denique 9.) vox: מְרַחֵם græcè reddita: *παρά τὰς μετόχους σου*. A) Præfixum *Mem* quandoque valet *propter*, uti GLASSIUS docet p. 1163. ed. Budd. & NOLDIUS *Concordd.* p. 467. ed. Tymp. atque hanc significationem obtinere hîc statuit FLACIUS in *Clave Script. S. sub voce*: ungere, ut sensus sit: *propter consortes tuos*, adeòque hæc phrasi significetur, *unctionem à Christo derivari in fideles*; Verùm sic Paulus scribere debuisset *διὰ* non *παρά*; Maneat ergò præfixo *sua vis comparandi*, quam & habet græcum *παρά*, valens *præ* vel *suprà* Luc. XIII, 2. Ebr. I, 4. III, 3. Nec tamen semper tam præfixum ebræum quàm præpositio græca majorem duntaxat *gradum* designat, sed, ut bene observat PFAFFIUS *cit. diss. p. 17. talem* quoque *præeminentiam*, quæ aliquem facit *infinities* majorem, adeòque non modò *comparationem*, sed etiam *exclusionem* quandam infert, ut v. gr. Ps. CVIII, 5. CXXXV, 5. B) ebræum מְרַחֵם, quod *socium, sodalem, consortem*, notat, LXX. vertere solent μέτοχος (ut h. l.) κοινωνός,

κοινωνός, φίλος, ἑταῖρος (quâ voce SYMMACHVS heic usus est) ἐχόμενος; notatque illud quodcumque societatis aut communio- nis genus, uti etiam græcum μέτοχος quamcumque participatio- nem rei cujusdam pluribus communis. סַרְעִים, Synonymon vo- cis חַנְרִים, Judic XIV, 11. & ipsa vox חַנְרִים Cant. I, 7. *specia- zim* usurpatur *de Sociis Sponsi*, qui φίλοι τῆ νυμφίος dicuntur Joh. III, 29. atque hæc significatio pulchrè convenit huic epithalamio spiritali, quia *ψ. 8. Sponso* sic tribuuntur *Socii*, ut *Sponsa* etiam suas habet רַעֲיוֹת *socias*, *ψ. 15.*

§. LVI.

Quæritur autem jam porrò, quinam intelligendi sint sub no- mine τῶν חַנְרִים seu μετόχων, præ quibus Messias unctus esse di- citur oleo lætitiæ? Videri possent a) intelligendi, vel saltem non excludendi esse *Angeli*, maximè propter scopum Apostoli, qui est, docere eminentiam Christi supra angelos inde à *ψ. 4. c. 1.* ostendit etiam BENGELIVS in *Gn. ad b. l.* quo sensu Angeli *soda- les Christi* appellari queant, unde & GROTIUS, D'OUTREIN, ali- que, istos neutiquam exclusos volunt; Sed obstat, quod *unctio* nusquam in Scripturâ *de angelis* prædicetur, nec in *Psalmo* ulla eor- um mentio fiat. DODDRIDGIVS quidem in *Paraphr. Ep. ad Ebr. notâ p)* contendit, nisi per μετόχους *Angeli* intelligantur, dictum hoc alienum fore à scopo apostoli, illosque μετόχους Χριστοῦ dici existimat, quia, sicut Christus peculiarem *Judææ* curam in se suscepit, ita Angeli *aliarum provinciarum* Ephori, atque hoc sensu *Sodales Christi* in regimine Orbis, fuerint; Sed velimus hæc non excidisse *Anglo* huic pio eruditoque, cum a) absque ullo fun- damento scripturario dicatur, Christum *Judææ* præfectum fuisse, ut Angeli *aliis provinciis*, Eumque hæc in re istos habuisse *sodales*, & β) etiam in aliis huj. cap. allegatis *nil de angelis* habeatur, e. g. *ψ. 5. & 10.* nec tamen *vis probandi* iisdem desit; Comparare potuit Paulus prædicata Psalms XLV. de Christo cum prædicatis Psalms CIV. de Angelis, etiamsi in Ps. XLV. nulla Christum inter & angelos instituatur comparatio. Restat igitur, ut b) per μετόχους *homines* in- nui credamus; Persuadet hoc nobis a) *versus* 3tius Psalms nostri, ubi אַרְמֵי כְּנִי אֶרְאֶה audiunt, qui *ψ. 8.* חַנְרִים dicuntur, neque enim pro- babile est, vatem divinum comparationem *cum filiis hominum*, *ψ. 3.* cœptam, postea deferere, atque ad comparationem *cum angelis* dela-

delabi, de quibus in toto reliquo Psalmo altum est silentium. β) Sicut *Sponsa* focias habet *ex hominibus* ψ. 15. ita & *Sponsus* focios *ex iisdem* ψ. 8. γ) Quia Christo peculiaris & propria *cum hominibus* necessitudo intercedit, vero utique similis est, *hominibus* hic adpellari *consortes* aut *sodales* Ejus, quàm angelos. Per *μετόχους* h. l. quos quæso magis congruè intelligamus quàm eos, qui C. II, 11. huj. Ep. *fratres* Christi dicuntur, (*Primogeniti* illius, de quo C. I, 6. fermo est) & quorum carnis ac sanguinis *μετέχει*, sive *μέτοχος* factus est Christus ψ. 14. quemadmodum vicissim & hi C. III, 14. *μέτοχοι Χριστι* γίνεσθαι dicuntur.

§. LVII.

Quum autem emblemata *Sponsi* & *Sodalium* ejus, quo Paulus, in Psalmo præeunte, hîc utitur, non permittat, ut *hominibus generatim* commune faciamus *sodalium* nomen, quoniam illud ne *bespites* quidem *omnes* in nuptiis hîsce mysticis, sed aliquos tantum, peculiari quâdam ratione Sponso conjunctissimos, complectitur, ulterius jam ostendendum est, *quinam inter homines* sub sodalibus Christi intelligendi sint? 1.) Notum est, eos, qui unctiorem h. l. memoratam ad ipsam Christi missionem in mundum, modò supra pluribus exposito, referunt, ita & vatis divini & apostoli mentem repræsentare, ut A) *consortes* Christi hîc adpellari statuunt omnes illos homines, quibus aliqualis aut *officii* aut *amoris* communio cum Christo intercedat, adeoque a) omnes istas personas, quæ in V. T. *typicè* eadem cum ipso officia gesserunt, sc. *Prophetas*, *Sacerdotes* ac *Reges*, b) *Apostolos* præsertim in N. T. qui singulari ratione erant *Socii* & *Amici* Sponsi, Joh. XV, 14, 15. coll. Joh. III, 29. 2 Cor. XI, 2, & c) suo modo etiam *omnes* fideles à Christo Christianos dictos, tamquam unctiorem Ejus participes, 1 Joh. II, 20, 27. indeque certo sensu *Sacerdotes* ac *Reges* Apoc. I, 6. deinde autem B) Christum dicant *præ* omnibus hîsce, & *suprà* hos omnes, imò *infinities* plùs quàm istos, *oleo lætitiæ unctum* esse, sive unctio intelligatur *extensivè*, sive *intensivè*; a) *extensivè*, & quidem a) ratione *munerum*, unctum ajunt *præ* consortibus, quatenus unctus fuit in *Prophetam*, *Sacerdotem*, & *Règem simul* quæ munera alias in nullo umquam homine conjuncta fuerint, β) ratione *donorum*, quatenus *omnia* dona Spiritus S. in ipso erant Esai. XI, 1. *πάν τὸ πλῆρωμα* Col. I, 19. b) *intensivè* iterum a) ratio.

ratione *munerum*, quatenus Is est *summus* Propheta, *summus* Sacerdos, *summus* Rex, β) ratione *donorum*, quatenus unumquodque possidet *perfectissimè*, & in *summo gradu*, ex *toto*, non ex *parte*, *ex in mēte*, Joh. III, 34. cum homines *ex mēte* saltem ea possideant Rom. XII, 3. Eph. IV, 7. Jam verè hæc omnia dici, & planè secundùm analogiam fidei, nemo facilè inficias iverit; nec 2) & nos ista à loco nostro prorsus aliena esse arbitramur, sed A) quidem omninò nostrum facimus, quod *de consortibus Christi* dictum est, neque enim comparatio Christi cum illis, pro merà decoratione emblematicà, in apodosi nil significante, haberi potest; Quum autem B) *unctio Christi præ consortibus* exponitur de donis Spiritus S. Christo sub ipsam Ejus missionem in mundum eo modo, qui in nullam creaturam cadere potest, collatis, id quidem *proximè* in textu nostro *non intendi*, sed *præsupponi* tamen statuimus; Præcessit *unctio*, cujus Esai LXI, 1. mentio fit, secuta verò est *illa*, quam Psalmus canit. Conf. quæ §§. LI-LIIL. dicta sunt.

§. LVIII.

Properandum nunc est II) ad vindicias *applicationis*, quã quidem operã paucis defungemur, ac defungi etiam possumus, quoniam multa jam in antecess. prælibata sunt. Quod 1.) ad *scopum* attinet, cujus gratiã Paulus dictum hæctenus expensum citavit, cæcus fit oportet, qui non videat, illud æquè ac præcedentia Allegata adductum esse ad probandam thesin v. 4. propositam, quod scil. Christus tanto major factus sit Angelis, quo præstantius nomen præ illis hæreditaverit; Hunc ergo scopum *communem* habet cum reliquis; *Specialior* autem hic est: Postquam Apostolus v. 7. ex loco quodam V. T. ostendisset, *magna & eximia* quidem in Scripturã dici de Angelis, sed *ea* tamen, quæ non excludant, imò simul testentur, eos *creaturas* esse in tempore factas, & *Ministros* saltem, mox v. 8-12. aliis V. T. dictis evincit, *infinites majora* de Christo prædicari, ita quidem, ut v. 8. & 9. ex Ps. XLV. probet, Christum non esse *Ministrum Dei*, sed *Deum ipsum*, ac *Regem* gloriosissimum, deinceps autem comm. 10-12. ex Pf. CII. Eam non esse *creaturam*, sed *creatorem*; Jam nemo non videt, si *vim probandi* habere debeant hæc Allegata, ante omnia 2) probandum esse, quod *de Christo* illa loquantur, idque nunc probabimus quoad dictum è Pf. XLV. citatum.

G

§. LIX.

§. LIX.

A) GROTIUS ad inscriptionem hujus Psalms annotat, *Carmen hoc ad modulos filiorum Core cantatum fuisse à virginibus in honorem Salomonis, novi mariti, & novæ nuptiæ, filie Regis ægypti; מוסיכוד; tamen illud ad Messiam pertinere, etiam Paraphrasten chaldæum agnovisse, & in Annot. ad Ebr. I, 8. ad tuendam Pauli citationem hoc sufficere putat, quod constiterit inter Ebræos, Salomonem in multis rebus fuisse typum Messie, & qui ei dantur tituli, eos multo sublimiore sensu in Messiam competere; Atque in hoc multos alios sibi consentientes habet, viam præeunte CALVINO, qui pariter totius Psalms sensum literalem Salomoni vendicat, ac mysticum demùm Christo; ANDR. RIVETVS autem ex parte saltem hanc sententiam suam fecit, statuens, non quidem in omnibus, sed tamen in quibusdam Psalms nostri sententiis esse sensum aliquem *historicum*, qui primò ad Salomonem & uxorem ejus, tamquam ad typum, referri possit, esse enim nonnulla, quæ eis nequidem in typo convenient, & de Christo atque Ecclesiâ immediatè exponenda sint. Alii contra B) totum hoc canticum sensu literali & immediato spirituales nuptias Christum inter & Ecclesiam canere contendunt, æquè ac *Canticum Canticorum*, in quo multa sunt ex hoc Psalmo mutuo accepta, & quod *hujus quasi amplificatio* est, uti *hic* illius *compendium*; Atqui hi vel iterum a) ita hoc asserunt, ut simul tamen fateantur, scriptum fuisse hoc carmen *occasione nuptiarum Salomonis cum filiâ Regis ægypti*, quam pompam nuptialem Auctor Psalms intuitus mentis aciem elevaverit ad spirituale Christi connubium cum Ecclesiâ, hocque cecinerit phrasibus à pompâ istâ desumptis; vel b) ne hoc quidem parti adversæ largiendum putant, omnemque prorsus ad nuptias Salomonis respectum heic exulare volunt; sic v. g. BEZA Psalmodigraphum ad nullam historiam seu rem gestam respexisse ait, sed tantum verbis, à nuptiarum temporalium inter Regem aliquem & Reginam pompâ mutuatis, descripsisse contendit spirituale conjugium Christi, ita ut sensus literalis & proximus sit is, qui spiritualiter rem omnem explicat.*

§. LX.

Nostri si c) dicenda sit sententia, omninò & *prius* illud innoxie dici potest, quod nimirum nuptiæ Salomonis *occasionem* dederint huic Epithalamio spirituali, modò non dicatur, *cas, ut typum*

typum nuptiarum Christi, argumentum Psalmi esse; Reapse enim perinde est, sive cum BEZA dicas, allegoriam *generatim* à nuptiis regis sumtam esse, sive *speciatim* à nuptiis Salomonis eandem repetas; sufficit, etiam hoc concesso, argumentum Psalmi, juxta sensum literalem, manere mysticum illud connubium inter Christum & Ecclesiam; Atque hujus sententiæ sequentes damus rationes, numero quidem paucas, sed maximi ponderis invictique roboris. α) Cum ipse Christus Librum Psalmorum Luc. XXIV, 44. partem faciat Scripturæ S. illique à prisca Ecclesiâ Judaicâ in Cultu sacro publico decantati fuerint, omnium sanè argumentum nonnisi Sacrum & Ecclesiæ ædificationi destinatum sit oportet; Epithalamium verò in nuptias Salomonis cum filiâ Regis ægypti (in ipsâ S. Scripturâ 1 Reg. XI, 1. 2. atro carbone notatas) concinnatum, umquam in eorum numerum cooptatum, & in Ecclesiâ publicè decantatum fuisse, ab omni veri specie tam alienum est, quàm quod maximè; conf. VITRINGA in Expos. huj. Ps. ad v. 1. §. IV. num. 3. & *Celeberr. DN. MICHAELIS, c. l. p. 115. n. 20.* β) Qui Salomoni, ut typo Christi, sensum literalem vendicare conantur, propterea oleum & operam perdunt, quia singula ferè Psalmi commata aliquid habent, quod Salomoni & Sponsæ ejus, filiæ Pharaonis, adplicare, tantundem est, ac infanti, quod ajunt, Herculis cothurnos aptare; B. BAUMGARTENIVS speciatim huc refert prædicata v. 4-8. eaque in Salomonem quadrare negat, quia historia ejus eum non sistat *ut Heroëm bellicum*, quia *thronus* ejus non fuerit *æternus*, quia numquam is *Deus* sit adpellatus, aut tamquàm *Deus adoratus*, & quia valde *πρόσκαιρος* fuerit ejus pietas 1 Reg. XI, 4. sq. plura dabit CALOVIVS in *Bibl. Ill. ad Ps. 45.* Quum verò aliqui, ut ista prædicata Salomoni quodammodo attemperent, ad audaciam poëticam se recipiunt, velut suprâ audivimus, id quidem inter indicia desperatæ causæ, & ultimos rationis, verbo Dei oblustantis, conatus referendum est. γ) *Partiri* quasi contenta Psalmi inter Salomonem & Christum, ita ut sensu literali is nunc de isto nunc de hoc loquatur, *συνέχεια* Psalmi vetat, utpote qui constanter de uno tantum Rege, de una tantum Regina loquitur, quod argumentum latius diductum videre est apud CALOVIVM c. l. p. 1014. δ) Quod

δ) Quod ad *Filium Dei* (πρὸς τὸν υἱὸν) sensu proprio dictum esse testatur apostolus, id de Salomone sensu literali dictum esse affirmari nequit, & si dictum citatum probare debeat, Christum Angelis superiorem esse, nequàm sanè istud de Salomone agit aut intelligi potest, nisi apodixin N. T. è Vetere cum quibusdam in mera argumenta κατ' ἀνθρώπων, quæ adversus Judæos saltem vim probandi habuerint, convertere, illamque adeo respectu Christianorum planè pro emeritâ declarare velis. ε) denique cum non modò *Judæi etate Pauli* (quorum consensum is heic supponit) sed etiam *Paraphrastes Chaldeus*, & Rabbinus doctissimi, DAV. KIMCHI, ABENESRA, SALOMO JARCHI, Psalmum *de Messia* intellexerint, pudere omninò debet *Christianos*, aliter sentire, & hebetioris, quàm illos, visus esse, ad videndam veritatem evangelicam in V.T. scintillantem.

T A N T V M.



01A 6600


ULB Halle 3
002 932 490



R







24 22

DISSERTATIO PHILOLOGICO-CRITICA
IN
ALLEGATA QVAEDAM
CAPITIS PRIMI
EPISTOLÆ ADEBRÆOS
INTUITV
PARTIM ALLEGATIONIS
PARTIM APPLICATIONIS
MAXIME CONTROVERSA

QVAM
DEO CLEMENTER ANNVENTE
PRÆSIDE
IMMANVEL HOFFMANN,
LINGVÆ GRÆCÆ PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
ET DVCALIS SEMINARII THEOLOGICI EPHORO,
PRO CONSEQVENDO GRADV MAGISTERII
DIEBVS OCTOBRIS A. MDCCLXV.

HORIS LOCOQVE CONSUVETIS
PVBLICE DEFENDENT
VALENTINVS DAVIDES SCHOLL, *Bibersfeldensis*,
IOANNES CHRISTOPHORVS SCHMIDLIN, *Bablingensis*,
IOANNES FRIDERICVS GLOECKLER, *Kircho-Teccensis*,
GVILIELMVVS FRIDERICVS LOTTER, *Hervenbergensis*,
MAGISTERII PHILOSOPHICI CANDIDATI ET SERENISSIMI
DOMINI DVVIS STIPENDIARIIL.

TVBINGÆ, typis LVDOV. FRIEDR. FVESIL.